



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Bvllarii Earvmve Svmmorvm Pontificvm
Constitvtionvm Qvae Ad Commvnem Ecclesiae Vsvm post
volumina Iuris Canonici, vsq[ue] ad Sanctissimum D. N.
D. Pavlvn Papam V. emanarunt**

Quaranta, Stefano

Venetiis, 1619

B

urn:nbn:de:hbz:466:1-10793

PRÆTER Summittas sciendum est, quod contra ecclesiasticas personas Regni Neapolitani Bannitorum fautores fuit per Sixtum V. prouisum per Breue tenoris sequentis videlicet.

Sixtus Papa V. Dilecte fili nobilis vir salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecisti, in Regno Neapolitano, ac præsertim in Prouincia Aprutij nonnullos Bannitos viarum grassatores existere, contra quos pro tui officij debito omni studio procedere intendis, & ad id necessaria omnia remedia præparasti. Ne autem dicti banniti & viarum grassatores condignas delictis suis pœnas euadant, prouidere volentes omnibus & singulis Abbatibus, Prioribus, Abbatissis, Priorissis, Prapostitis, Plebanis, Guardianis, Archipresbyteris, Preceptoribus, Commendatarijs, Rectorib. & alijs quibuscumque personis ecclesiasticis secularibus, & quorum nis ordinum & militiarum regularibus, Regni, & Prouinciæ huiusmodi sub excommunicat[i]onis latæ sententiæ pœna, a qua nisi a nobis aut Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo absolui nequeant, districte prohibemus, ne dictos bannitos, & viarum grassatores in Monasteria, domos, ecclesias, cappellas, hospitalia, aut quæuis alia loca recipere, seu in eis occultare, aut illius auxiliium, consilium, fauorem seu victum aut vestitum vel alia eis necessaria directe, seu indirecte quomodolibet præstare audeant, seu præsumant, non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, nec non monasterium & aliorum locorum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Ceterum quia difficile foret præsentem literas ad singula quæque loca deferri, volumus & similiter Apostolica auctoritate decernimus, quod præsentium transumptis etiam impressis, & sigillo tuo obsignatis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberet, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anno Piscatoris die 20. Maij. 1589. Ponti. nostri anno quinto. M. V. estrius Barbianus. Antonius Ruloffius. A tergo. Dilecto filio nobili viro Joanni de Zunica Proregi Neapolitano Locus Sigilli. Impressa Neap. Apud Horatium Saluiannum 1589.

De materia bannitorum, & eorum fautorum extant nonnullæ Bullæ præsertim Greg. 13. incip. Tanta. fol. 1294. in Bullario, & Sixti V. incip. Hoc nostri. fol. 18. cum ibidem adnotatis per dominum Laetium Cherubinum Iure consultum Romanum eximium compilatorem Bullarj super quibus extant cons. Nauar. 57. 68. & 59 de sent. excom. in antiq. vbi tenet non incurere eos, qui dictos bannitos quo ad victum adiuuant in extrema necessitate, faciendo eleemosynam, vel aliud opus genere suo bonum, ad finem conuertendi, & pœnitendi.

AD D I T I O. Nec etiam incurrant illi qui per ignorantiam receperint aliquos nescientes eos esse bannitos ex dictis per Ang. in tract. malefic. & ibi August. Ariminen. in apostil. in ver. maleficio semper astitit. nu. 23 per Nell. in tract. bann. in 3 par. secundi temporis. q. 20 Afflict. in Const. Pactarenorum num. 8. cum recepta re in se non sit delictum. Boss. in tit. de rapinis nu. 21. in foro autem exteriori præsumitur scientia quando esset publicum, & notorium illos esse bannitos. glos. in l. 1. ff. de receptat. & per dictos Doctores in locis præalleg. & quando dici potest esse publi-

cum late per Bos. vbi supra.

Est & alius casus vt non incurrant quoties huiusmodi receptatio a personis ecclesiasticis esset coacte & non voluntarie facta propter violentiam bannitorum, adeo vt non possent illos expellere absque sui periculo. Afflict in d. const. nu. 3. Campan. in c. regni licet contra receptatores. sub nu. 1. Rolan. cons. 45 vol. 1.

Tertius est casus vt non incurrant quoties ipse personę ecclesiasticę talis bannitos receptarent animo exhibendi, & presentandi curiæ, dummodo talem haberint intentionem in specto tempore receptionis, secus vero si ex post facto hoc delibauerit prout colligitur ex dictis notabiliter per Nell vbi supra q. 24.

Præallegata Sixti Quinti constitutio est tenoris sequentis.

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

HOC Nostri Pontificatus initio inter multa Reipublicę damna & incommoda, quę menti nostrę obuersabantur, nobis longe fuit grauissimum, quod Populos S. R. E. ditioni temporali subiectos, nõ modo ad rerum substantiarumque suarum perturbationem & iacturam, sed etiam vita periculum redactos inuenimus, Exulibus, Bannitis, ceterisque id genus facinorosis hominibus ita vndique ingruentibus & grassantibus, vt vix quisquam ab hac hominum peste tutus alicubi consistere posse videatur. Quare cum ad hæc sananda mala, ex officij nostri debito, & præcipua erga nostros, ac eiusdem R. E. subditos charitate assidue extimulēmur, nihil nõ agere & cõtare decreuimus quo Populis optata quies, salus, securitas, & tranquillitas per nos restitueretur. Quod ita deum, Deo auxiliante, speramus nos esse consecuturos, si caute provideatur, ne vllum domi fortisque intra extraneas fines nostros criminosis hominibus huiusmodi pateat diffugium, aut receptaculum, sed omnino legum & Magistratum seueritatem Iustitięque gladium subire, ac debitas pœnas luere cogantur.

Itaque de fratrum nostrorum consilio, omnes & singulas Cõstitutiones a Fel. rec. Pio. II. Paulo etiam II. Sixto III. Iulio similiter II. Leone X. Clement VII. Iulio. III. Pio etiam III. Pio V. Greg. XIII. & quibusuis alijs Rom. Pont. prædecessoribus nostris, suo cuiusque tempore in decessibile prædictorum, & aliorum infrascriptorum hominum genus, pro temporis & criminum ratione editas, cū omnibus & singulis in eis contentis, quo ad ea quę presentibus non contrariantur, & excepta Excommunicationis sententia, per easdem Cõstitutiones in illis contravenientes promulgata, quam ne animarum perniciem potius quam salutem adferat consulto tollendam & submouendam duximus, ex certa scientia nostra approbantes, & innoquantes illarumq; omnium tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur presentibus pro expressis & insertis haberi volentes,

Vniuersis & singulis Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Domicellis, etiam quacunque Ecclesiastica dignitate fungentibus, nec nõ Vicarijs feudatarijs, Armorum Ductoribus, Capitaneis, Magistratibus, Communitatibus, Vniuersitatibus, & Officialibus Ciuitatum, Terrarum, Castroꝝ, Oppidorum, & aliorum quorumcunque locorum prædictę R. E. mediate, vel immediate subiectorum in virtute sanctę obedientię, ac sub indignationis nostrę, nec non duorum millium per Communitates, & mille per Vniuersitates, ac quinque millium ducatorũ auri Camera Apostolica irremissibiliter ipso facto applicando.

candorum per Dominos temporales, & alios prædictos absque alia declaratione incurrendis pœnis (vltima in eorundem prædecessorū nostrorum & literis contentas) districte præcipiendo mādamus, quatenus adhibita exactissima diligentia, de qua per publica documenta, & alias probationes fidem faciant, eorū Ciuitates, Terras, Oppida, Castra, Villas, dominia, loca, & territoria omnia perduellionibus Homicidis, Latronibus, viarum Grassatoribus, Raptoribus, Incendiariis Sicariis, Exiticiis, publice quietis perturbatoribus armatas facientibus statum Ecclesiasticum hostiliter peragrantibus pro quocūque crimine capitali, etiam in contumaciam Bannitis, aliisque similibus notoriis delinquentibus & facinorosis hominibus etiam nondum condemnatis, eorumque fautoribus, & complicitibus quos omnes nostros, districteque R. E. rebelles, ac publicos Hostes esse decernimus, secunda, libera, & expurgata custodire, tenere & præseruare. Nec non si quos ex ipsis eo accedere vel commorari, seu ad prædicta loca declinare, vel illac pertransire cōtigerit, statim illos capere & apprehendere, ac ad carceres conducere, captosque nostris & pro tempore existentium Romanorum Pontificum Magistratibus, & Officialibus fideliter tradere & consignare, Populosque suos pulsu campanarum & aliis signis ad arma conuocare, & coadunare teneantur.

Quod si illos capere & apprehendere per se ipsos nequiverint, finitimas quasque Communitates & Vniuersitates necnon dominos temporales commonefaciant, & in auxilium conuocent, iunctisque simul viribus eosdem perduelliones, homicidas, latrones, & alios prædictos forti manu & incessanter quocumque se verterint, etiam extra proprium territorium, & iurisdictionem in ipso persecutionis actu vsque ad vltimam eorum profligationem prosequantur, ac vt capiantur, & apprehendantur, seu profligantur omnem operam adhibeant.

Cumque verisimile non sit, huiusmodi hominum genus in occulto versari, & eos qui ad custodiam tenentur si diligenter inuigilent illorum notitiam non habere, neque tantam multitudinem esse posse, quin ad hominis temporalibus, ac Communitatibus, & Vniuersitatibus prædictis vinci & opprimi queat iuncto præsertim finitimorum auxilio, cauillosque excusationes sibi in posterum nullo modo suffragentur.

Particulares vero personæ cuiuscunque status, gradus, & conditionibus existentes sub quingentorum ducatorum similiter eidem Camere ipso facto applicandorum, aliisque corporalibus, etiam vltimi supplicii inclusiue Gubernatorū & Officialium prædictorum arbitrio iuxta cuiuscunque personæ & culpæ qualitatem extendendis pœnis cum primum campanæ sonitum aliaue signa populū aduersus dictos facinorosos homines conuocantia audiuerint, vel alias de illis quomodolibet notitiam habuerint arma capere, & ad locum necessarium accurrere, ac vna cum aliis & per se ipsum omnem conatum in persequendis capiendis & profligandis Bannitis, aliisque nefariis hominibus prædictis adhibere teneantur.

Præterea sub eisdem pœnis omnes & singuli prædicti tam in Vrbe, quam extra eam ad quacumque Curia, seu Ministrorum & Executorum Iustitia, vel cuiusque eorum simplicem requisitionem, ac etiam nulla requisitione præuia (si aliquos ipsis resistere vel sese opponere, seu aliquod impedimentum adferre, eorum ad aliquam executionem faciendam auxilio egere quoquo modo cognouerint) eisdem Curia Ministris & Exequutoribus opem & fauorem, armata etiā manu cōferre & subuenire ac præsto esse, & denique obedire eosque si opus fuerit in perquisitione, executione, per matione, transitu, & aliis pmissis comitari debeāt.

Insuper statuimus, & ordinamus, vt si qui ex Perduellionibus homicidis, latronibus, furibus, & aliis facinorosis hominibus prædictis in Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Villis, Dominiis, locis, & territoriis huiusmodi damna aliqua intulerint (seu furtum, aut latrocinium commiserint, nec capti & deprehensi fuerint, sed impune euaserint, Domini temporales seu Communitates & vniuersitates Nobis & Sedi Apostolicæ mediate ac immediate subiecti, in quorū locis territoriis, & iurisdictionibus respectiue similia perpetrata fuerint, præter hoc quod ad damnorum quorumcunque sicillatorum parti læsa damnaque huiusmodi patienti, ac eorum hæredibus plenariam restitutionem & satisfactionem omnino teneatur, ad tantum etiam quantum damna illata astimata fuerint Camera prædicta realiter, & cum effectu persoluendum eo ipso sint districti, ac alias prout latius continentur in aliis literis dicti Pii V. prædecessoris contra dominos ac Communitates, & Vniuersitates eorum territoria non custodientes editis, quas, firmis tamen remanentibus aliis supra & infrascriptis præuis tenore præsentium etiam innouamus.

Duces quoque, Principes, Marchiones, Comites, Barones, Domicellos, Vicarios, Feudatarios, Gubernatores, Magistratus Doctores, Capitaneos, & Officiales prædictos, nec non quoscunque alios cuiuscunque etiam Ecclesiast. dignitatis, conditionis, status, gradus, ordinis, excellentiæ, sexus, & ætatis, dummodo decimum quartum illius annum excedant huius status & iurisdictionis nostræ temporalibus, ac prædictæ R. E. in eisdem temporalibus mediate vel immediate subiectos etiam Domina iurisdictiones & loca extra statum prædictum obtinentes, qui Perduelliones, homicidas, latrones, & alios nefarios homines prædictos in suis quisque Dominiis, Terris, Oppidis, Castris, Fortalitiis, villis, locis, territoriis, seu domibus tam in ipso statu, quam extra eum consistentibus receptauerint seu confouerint, aut quod in illis recipiatur vel captos eriperint seu occultauerint, aut illos potestatem seu commoditatem euadendi fecerint, vel carcerem aut aliam quamcunque custodiam effregerint, inuaserint, aut quoquo modo violare tentauerint, siue ad hoc homines vel arma aliaue ministrauerint, siue alias auxilium, consilium, vel fauorem, palam, vel in occulto per se vel alium seu alios quoquo modo etiã extra territoria iurisdictiones, & domos proprias præstiterint seu prestare permisierint, vel etiam quoscunque Iudices, Ministros, aut Executores Iustitiæ in perquisitione, captura vel abductione, ac omnino in eorum officii libera executione, siue in Vrbe siue extra vbique locorum impediuerint, seu verberauerint vel insequuti fuerint, aut concusserint seu minis vel alias perterritauerint, aut ad arma conclamauerint, alio siue concitauerint seu talia fieri mandauerint facientibus adhaeserint, & fauerint seu, alicuius Magnatis nomen auxilii causa aduersus Curiam, Executores & ministros prædictos inuocauerint seu franchifias appellauerint (contra quas aliam constitutionem dicti Greg. prædecessoris desuper editam similiter innouamus. Ac roribus etiam remediis in dies vsuri pro huiusmodi Actibus, præsertim in dicta Vrbe, tollendis, & omnino extirpandis) Læsa Maiestatis reatum verum, ac nulla iuris aut hominis fictione confectum crimen incurrisse, & eisdem R. E. rebels, omnibusque & singulis privilegiis, gratiis, libertatibus, indulgiis, exemptionibus, immunitatibus, realibus & personalibus, nec non Ducatibus, Principatibus, Marchionatibus, Comitatus, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Dominiis, Vicariatus, Guberniis, locis, iurisdictionibus, dignitatibus, etiam Ecclesiasticis honoribus, iuribus, officiis,

ciis, pensionibus, beneficiis & fructibus Ecclesiasticis, ac etiam quibuscunque feudis, & concessionibus, quæ a Rom. prædicta & quibuscunque aliis Ecclesiis obtinent, & in futurum obtinebunt, ceterisque etiam immobilibus, mobilibus & se mouentibus bonis iuribus & actionibus, eo ipso priuatos, ipsosque & illorum filios ad illa & quælibet alia in posterum obtinenda, ac quoscunque actus legitimos exercendos inhabiles & indignos fore atque esse. Nec non a toto statu Ecclesiastico vna cum eorum familiis perpetui exilii pœna damnari, Domosque ædificia arces, & fortalitia eorum demoliri, & solo æquari seu aliis dictæ Cameræ iuribus adscribi debere, nec illis portam vllius dignitatis Ecclesiasticæ vel municipalis vnquam patere decernimus & declaramus.

Vasallos vero Custodes, Capitaneos, Officiales, Populos & subditos eorundem a fidelitatis iuramento, ac homagijs & quocumque alio iure quo ipsis quomodolibet adstricti fuerint ex nunc penitus absoluiamus & liberamus.

Ducatus autem dominia, Vicariatus, gubernia, feuda, Ciuitates, Terras Oppida, Castra, ceteraque bona prædicta, nec non iura & actiones cum fructibus, & emolumentis eorundem Fisco nostro & Cameræ prædictæ ipso facto absque aliqua declaratione, citatione, Iudicis sententia seu decreto vel alia iuris & facti solennitate habenda, etiam in præiudicium filiorum descendentium & aliorum quoruncunque Agnatorum in inuestituris, concessionibus, seu alijs dispositionibus, comprehensorum in omnibus & per omnia perinde ac si per lapsum temporis illorum concessionis, & finitam lineam ad ipsam Cameram rediissent seu deuoluta essent, confiscamus, applicamus & incorporamus illaque sic nobis & pro tempore existentibus Romanis Pontificibus, & Cameræ prædictæ aperta deuoluta, confiscata, applicata & incorporata sub constitutione eiusdem Pij V. prædecessoris de huiusmodi dominij & iurisdictionibus in feudum, aut alias non concedendis minime comprehendi etiam declaramus.

Nec non quæcunque fideicommissa, substitutiones & alias dispositiones sub quacunque verborum forma, etiam cum expressa alienationis prohibitione, alijsque strictissimis clausulis & cautelis conceptas ad hoc vt fructus bonorum huiusmodi fideicommissis subiectorum durante vita naturali delinquentis etiam in contumaciam ex prædictis causis condemnati Fisco applicentur, & in dictæ Cameræ vsum conuertantur, proprietatesque dictorum bonorum quamdiu delinquens naturaliter vixerit per Fiscum & Cameram huiusmodi possideantur, & detineantur tollimus & abrogamus.

Ad hæc Communitates & Vniuersitates huiusmodi, si homines facinorosos prædictos receperint, tolerauerint cibis, commeatu, auxilio, consilio vel fauore aut quocumque alio modo etiam vt euadant per se vel alios iuerint omnibus pœnis supradictis supponimus, eorumque res & bona omnia nec non fructus & emolumenta eidem Fisco modo, & forma præmissis applicamus & appropriamus.

Particularibus autem Hominibus qui ad facinorosos prædictos capiendos, & apprehendendos, Iustitiæque; Ministris tradendos sufficientibus viris fuerint destituti, nisi eosdem illico pro palauerint, Officialesque Populos, & finitimos, ita vt nullo modo euadant conuocauerint. Ac demum ijs qui aliquem in præmissis culpabilem se iuerint, nec nobis vel successoribus nostris, seu alicui per quem ad nos vel dictos successores fideliter deferatur intra trium dierum spacium reuelauerint pœnam arbitrio iudicis pro modo culpæ etiam vsque ad mortem inclusive infligendam statuimus.

Decernentes super omnibus & singulis præmissis per accusationem, delationem,

nem, inquisitionem, & quouis alio meliori modo procedi posse.

Ac quacunque vetusta priuilegia siue exemptiones etiam immemorabiles, vel alias quascunque prætensiones de recipiendis & non consignandis huiusmodi Bannitis & alijs facinorosis hominibus nemini contra presentium tenorem suffragari etiam si de eis specialis, & indiuidua mentio facienda esset, neque Receptatores, Fautores, auxiliares, consultores, & alios quoscunque presentibus nostris ac prædecessorum nostrorum literis, ut præfertur approbatis, & innouatis quomolibet contraueniens quocunque prætextu etiam Agnationis, & cuiuscunq; Consanguinitatis etiam in primo gradu aut vnice, & nõ dolose & penitus inculpate, nec ad malum finem receptionis vllatenus excusari, Cũ beneficium publicum sit priuata necessitudini præferendum, nec dolus absit ab eo qui ipsius nefarijs hominibus & publicis inimicis quoquomodo se amicũ præstat, genusque hominum huiusmodi facile cognoscatur.

Eam quoque qui sese vi & metu ad manifestum, & instans vitæ periculum etiam tandum, de quo tamen per legitimas probationes docere teneatur, eis receptum dedisse siue victum & alia præstitisse asseruerit, nequaquam excusari nisi quã primum se subripere, vel alios transmittere potuerit nulla interposita mora de transitu, vel statione dictorum facinorosorum hominum viciniore locum, illiusque Magistratus & Officiales certiorauerit.

Et nihilominus ut præmissa suum debitum (prout ex intimo cordis nostri affectu exoptamus) consequantur effectum, Dilectis filiis eiusdem S. R. E. Camerario, Urbis Gubernatori, Causarum Curia Camera prædictæ, Generali Auditori, necnon Prouinciarum nostrarum Legatis, de quibus plurimum confidimus, ac Vicelegatis, & Præsilibus Ciuitatumque & aliorum locorum prædictorum Rectoribus, & Officialibus, ac ceteris omnibus singularum constitutionum & literarum prædictarum Executoribus similiter in virtute sancta obedientia, ac sub indignationis nostræ pœna per Apostolica scripta mandamus; ut quisque pro se ad omnimodam presentium, ac salutarum literarum & constitutionum prædictarum, necnon pœnarum omnium in eis contentarum executionem omnino procedentes illas omnes, & in eis contenta quæcumque semper & vbique per omnia loca prædicta, ac ab omnibus sub illis comprehensis inuolabiliter obseruari, Capitalesque sententias prædictas a Iustitiæ Ministris absque alicuius irregularitatis incursum exequi mandent, & faciant, ac pro executione pœnarum pecuniarũ contra Communitates, Vniuersitates, dominos temporales, & alios prædictos propter eorum inobedientiam represalias concedant, realiterque & irremissibiliter dictas pœnas pecuniarias exigant.

Non obstantibus fideicommissis inuestituris, concessionibus, substitutionibus, testamentis, & alijs dispositionibus, nec non priuilegijs, exemptionibus, ac alijs præmissis, quorum omnium tenores ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent presentibus haberi volumus pro expressis, & insertis, nec nõ omnibus que in singulis literis prædictis concessum est, non obstare, ceterisque contrarijs quibuscunque.

Rogamus quoque & hortamur attente in Domino omnes & singulos quacumque iurisdictionem temporalem extra statum Ecclesiast. prædictum exercentes, etiam Regia Ducali, vel alia quacumque munda vel Ecclesiastica, auctoritate, superioritate & excellentia fulgentes, velint pro sua in nos & hanc sanctam Sedem Apost. deuotione, & obseruantia, reique ipsius equitate providere, ne post hac in prouincijs, dominijs & locis suis perduelliones, homicidia, & alij facinorosi præ-

rosi prædicti vilo modo recipiantur, aſſecurantur vel tuti reddantur, quinimo ſi ipſos ad illa declinate, aut ibidem reperiri contigerit per ſuos Iuſtitiæ Miniſtros & Executores capi, & apprehendi, ac ad Præſides & Governatores Præſentiarum & locorum noſtrorum vnde ipſi originem traxerint vel delictum commiſerint libere conduci & remitti, eiſque conſignari mandent & procurent: Ac quiſcumque ſaluos conductus, alias aſſecurationes reuocent, & annullent, prout nos vice veſta idipſum contra huiusmodi facinoroſos homines a dictis eorū Præſidijs, & dominijs bannitos fieri, & obſeruari curabimus: ſperantes hac optima ratione omnino futurum, vt eiſdem R. E. & cuiusque eorum diſtionis, ſtatus (annuē: Domino) expurgetur, populique nobis, & illis ſubditi pacis, & tranquillitatis dulcedine fruantur

Vt autem præſentes literæ omnibus innotescant, & ne quiſquam illarum ignorantem allegare poſſit iubemus illa valuis Eccleſiæ S. Ioanni. Lateranen. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac in acie Campi Floræ appendi, eiſque detractis illarumue exempla etiã impreſſa in eiſdem locis affixa relinqui, factaque huiusmodi publicationem volumus ipſas præſentes hic in Vrbe publicatas die ſequenti, extra eam vero poſt decem dies quoſcumque perinde arctare, atque afficere, ac contrafacientes pœnas, & alia ſupradicta omnino incurrere, ac ſi eis ſingulis præſentibus in proprijs eorum perſonis & locis intimatæ fuiſſent.

Inſuper earundem præſentium exempla etiã impreſſa Notarij publici manu, & Camerarij prædicti, aut alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo obſignata, eandem prorsus fidem vbique locorum in iudicijs & extra illa facere, quæ ipſemet præſentes facerent ſi forent exhibitæ vel oſenſæ.

Nec non quod qualibet Communitas, Vniuerſitas & Populus quarumcumque Ciuitatum, Oppidorum, Caſtrorum & locorum prædictorum ſub indignationis noſtræ ac mille ducatorum dictæ Camera applicandorum pœnis per contrafacientes eo ipſo incurrendis ſtatim cum præſentes literæ noſtræ huiusmodi ſiue earum tranſumptum etiã impreſſum ad eorum notiſiam peruenerit. Conuocato publico conſilio in præſentia Officialium Syndicorum, & curam maleficiorum habeantium, eas vna cum alijs prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus ſic vt præfertur confirmatis & innouatis ibi alta & intelligibili voce, etiam vulgari ſermone illas declarando, vt melius & facilius ab omnibus percipi & intelligi poſſint legi, & facere, & deinde in eorum Archiuo publico diligētes cuſtodiri curare omnino debeant, ac ſingulis annis ſucceſſiue in principio cuiuslibet anni perpetuis futuris temporibus ſimiliter eaſdem literas præſentes & alias innouatas in eodem publico conſilio legendo reiterare teneatur. Alioquin loci Governator, Rector, & quilibet alius Iuſtitiæ Miniſter quocumque nomine nuncupatus contra eos ad executionem pœnarum huiusmodi ſine mora irremiſſibiliter procedat. Dat. Romæ apud S. Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, 1585. Kal. Iulij Pontificatus noſtri Anno primo.

Contra vero receptantes alias perſonas etiam non bannitos, neque viarū graſtatores extant literæ directæ Illuſtriſſimo nuncio Neapol. in quibus inter alia diſponitur in hæc verba. Non piace a N. S. che le Chiefe, ne gl'altri luoghi ſacri ſeruano d'afilo, & di ricettacolo a triſti, Onde mi ha fatto commandare diſciuerne a V. S. che faccia prohibire, & intimare per parte di Sua Beatitudine a i Superiori de Monasterij de Regolari de tutti gli Ordini co'lmezo de gli Ordinarij, ò come meglio parerà a lei, che per l'auenire non diano ricetto a forte alcuna de condannati, ne banditi ladri, ò altre genti di male affare,

G

fare, ne a falliti, & debitori sotto pena della priuatione d'officio, si hauerà non titia del ricetto, ancora che non siano trouati questi tali nei Monasterij, & sotto altre pene anco maggiori ad arbitrio della Santità sua, & vuole in oltre che si stia auertito per punire quelli, che haueranno ardire di contrauenire a quell'Ordine: Potrà dunque V.S. andar publicando la prohibitione per li luoghi, doue ne farà maggiore bisogno, & di mano in mano per tutto, che non se ne possa pretendere ignoranza; & il Signore l'assista con la sua santa grazia, Di Roma alli 11. d'Aprile 1602.

Di V.S. come fratello amoreuolissimo.

Il Cardinal di Firenze.

BAPTISMA.

PRÆTER Summistas sciendum est qualiter Iulius Tertius vniuersis, & singulis Hebrais in Ciuitatibus, Oppidis, Terris, & Castris, & locis prouinciarum Campaniæ, Maritimæ, Latij, & Sabinæ, ac Ciuitatibus Castellani, & Nepesini. nec non Castris Fiani, Scrofani, Arignani, Castru noui, & Formelli de gentibus concessit aliqua priuilegia, & indulta, & inter alia sunt hæc verba tenoris sequentis.

Et insuper episcopis, eorumque Vicarijs, & officialibus, ac quibusuis alijs personis tam ecclesiasticis, quam secularibus dictarum prouinciarum ciuitatum, & locorum sub suspensionis a diuinis ac mille ducatorum auri ipso facto per quemlibet ipsorum contrafacientium incurrendis ac præfatæ Camera applicandis penis, expresse in hibemus, ne filios vestræ tam mares, quam feminas vobis inuitis violenter auferre, seu subducere, nec præter formam Sacrarum Canonum quomodolibet baptizare debeant, vel præsumant, & vt in eius Constitutione. 15. incip. Cum sicut. fol. 516. in Bullario.

Vide Sanctum Thomam in Summa. 2. 2. q. 10. art. vltimo. & in quolib. 2. art. 7. gloss. in c. iudæorum. 28. q. 1. Syluest. in verbo Baptismus. sub num. 4. & in verbo matrimonium. 8. §. 10. vers. 10. Sot. in 4. sent. distin. 5. q. 1. art. 10. & distin. 34. art. 2. Henriq. in summ. lib. 2. de baptismo. c. 25. Ledesina. q. 8. & Afflict. decif. 151. incip. Serenissimus Rex Federicus.

BENEFICIORVM PAROCHIALIVM COLLATIO.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod in prouisione faciendâ de eis obseruanda sunt disposita per Sacros Canones, nempe in cap. cum in cunctis §. in ser. 2. de electio. ad cuius materiæ declarationem extant. c. licet canon. c. nemo deinceps. c. statutum. c. cum ex eo. & c. commissa d. tit. in 6. & vide c. cum sit ars artium. de eta. & quali. cap. graue nimis. de præben. c. cum in illis. d. tit. in 6. & Conc. Trid. sess. 44. de refor. gene c. 18. extat præterea Pii. V. Constitutio super collatione Parochialium ecclesiarum Romæ publicata die 16. Maij. 1567. quæ

quæ liquidatur in duas partes, in prima allegat iura prædicta disponentia circa hanc materiam, in secunda illa innotat, ac ampliat, & disponit obuiando fratribus contrauentientiam, secunda ibi sed quoniam res humanæ, & c. Hanc constitutionem explicat Gonzalez, in commentario ad octauam Reg. cancellariæ gl. 6. Sequitur tenor dictæ Constitutionis Pii Quinti.

In conferendis beneficiis ecclesiasticis, & præsertim Parochialibus ecclesijs per Congruis dignis & habilibus, quæ in loco residere, & per seipsos curam exercere ualeant quantam diligentiam adhiberi oporteat, Alexandri III. in Lateranen. & de elec. Greg. X. in Lugdunen generalibus Concilijs, ac Innocentij similiter III. & aliorum Etio. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum editæ Constitutiones testantur, quod ut diligentius ac rectius perficiatur, statuit etiam Synodus Tridentina ut occurrente uacatione Parochialis ecclesiæ etiam generaliter uel specialiter, etiam uigore indulti in fauorem S. R. E. Cardinalium, aut alias quomodolibet reseruatæ uel affectæ debeat Episcopus habita notitia uacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in eâ Vicarium cum congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione constituere qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore provideatur. Et deinde Episcopus, & qui Ius patronatus habet intra decem dies, aut aliud tempus ab Episcopo præscribendum aliquos clericos ad regendum ecclesiam idoneos Examinatoribus, iuxta formam eiusdem Synodi deputatis, nominet & non nisi ab eisdem Examinatoribus per concursum aliorum examinerum etiam tanquam magis idoneo ab Episcopo iudicato & electo de ecclesiâ provideatur, alias prouisiones seu institutiones omnes præter formam prædictam factæ, subreptitiæ censeantur. Sed quoniam res humana semper in deterius prolabantur, nisi sit qui eas retineat ac debita executioni demandet, & uerendum sit ne propter Constitutionum huiusmodi transgressionem maximi abusus oriantur, Nos ad quorum notitiam non sine graui nostra molestia peruenit nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis occurrente uacatione parochialium ecclesiarum eas nullo aut minus rite seruato examine, præsertim illo, quod per concursum fieri debet ex Concilio Tridentino, uel etiam examine, rite seruato, personis minus dignis, carnalitatibus aut alium humanæ passionis affectum non rationis iudicium sequentes contulisse, & de eis prouidisse: uolentes quantum cum Deo possumus huiusmodi ac etiam futuris periculis occurrere, eorundem prædecessorum nostrorum Constitutiones Præfatas etiam innouando, auctoritate Apostolica tenore præsentium omnes, & singulas collationes, prouisiones, institutiones & quasuis dispositiones parochialium ecclesiarum ab eisdem Episcopis, & Archiepiscopis, ac quibusuis alijs collatoribus tam ordinarijs, quam delegatis, etiam Sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, ac Sedis Apostolicæ Legatis uel nuncijs præter & contra formam ab eodem Concilio Tridentino præsertim in examine per concursum faciendam præscriptam factas aut in futurum faciendas, nullas, irritas ac nullius roboris uel momenti fore, & esse, nullumque prouisis ius, aut titulum etiam coloratum possidendi præbere, & parochiales ecclesias huiusmodi ut prius ante collationes huiusmodi uacabant, ex nunc uacare statuimus, decernimus & declaramus, easque omnes pro tempore sic uacantes nostræ & sedis Apostolicæ, seu eorum quibus ius conferendi eos, præterquam Episcopis & Archiepiscopis, qui curam dicti examinis iuxta decretum eiusdem Concilij habere debent competet, dispositioni reseruamus. Insuper ne parochiales Ecclesiæ diu in suspenso maneant in maximum animarum

periculum quarumcumque parochialium Ecclesiarum, quarum dum pro tempore vacant, ad Episcopos, Archiepiscopos Primates, & Patriarchas, & quosuis alios ordinarios collatores in mensibus ordinarijs collatorib. & per nostras regulas assignatis prouisio & collatio spectat, & pertinet, de quibus idem Episcopi & ordinarij predicti intra sex mensium spacium a die vacationis earundem perfecto examine iuxta formam Concilij Tridentini prefati non prouiderint ac illarum etiam quarum collationes nobis dictae sedi generaliter vel specialiter ex quauis causa reseruata, seu affecta existunt, aut aliis ex indulto Sedis Apostolicae competunt, ad quas concurrente illarum vacatione Episcopi, & Archiepiscopi prefati personas per examen concursu mutuo habito iuxta dicti Concilij Tridentini formam approbatas & magis idoneas non elegerint, aut electas nobis vel successoribus nostris, aut ijs ad quos collatio spectabit, pro collatione obtinenda intra quatuor mensium spacium a die illius vacationis non significauerint, nec non parochialium ecclesiarum similiumque Iuris patronatus ecclesiastici, vel laicorum seu clericorum, & laicorum simul fuerit, sic presentatus intra tempus eisdem patronis a iure praefixum prauius examine iuxta formam dicti Concilij approbatus petatur institui, institutioque ipsa per duos menses die presentationis dilata fuerit, collationem prouisionem, institutionem, ac omnimodam dispositionem nobis & ipsi sedi ac personis indulta huiusmodi conferendi, prouidendi, seu instituendi obtinentibus respectiue reseruamus, data tamen in parochialibus Iuris patronatus optione ipsius patronis, ut si institutio ad ordinarios spectabit ipsis ordinarijs illam facere negligentibus, & ultra dictos duos menses differrentibus, possint pro huiusmodi institutione obtinenda habere recursum ad Metropolitanum, vel viciniorem ordinarium, aut ad Sedem Apostolicam Prohibentes etiam eisdem ordinarijs ne tempus decem dierum eisdem ordinarijs, & patronis ab eodem Concilio Tridentino ad nominandum idoneos clericos coram deputatis Examinatoribus praefixum ultra alios decem dies prorogare audeant vel praesumant. Districtius inhiibentes ne quis praeter Romanum Pontificem aut alios indulta huiusmodi obtinentes ut praefertur, quacumque sit super hoc auctoritate munitus, de huiusmodi beneficijs sic reseruatis ut praefertur disponere, vel circa illa etiam per viam permutationis vel alias innouare quoquomodo praesumat. Ut autem non solum dignis sed magis idonei repertis iuxta eiusdem Concilij decretum parochiales ecclesia conferantur volumus & eadem auctoritate decernimus, quod si Episcopus minus habilem posthabitis, magis idoneis elegerit, possint ij qui reiecti fuerint, a mala electione huiusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit, ad viciniorem ordinarium uti nostrum & sedis huiusmodi delegatum, aut alias ad ipsam Sedem Apostolicam appellare, ac praelectum ad nouum examen coram ipso appellationis Iudice, & eius Examinatoribus prouocare, & constituto de prioris eligentis irrationabili iudicio eoque reuocato parochialis magis idoneo per eundem Iudicem appellationis auctoritate nostra (quatenus collatio ad Episcopum a quo appellatum fuit spectaret) conferatur, alias eidem magis idoneo per iudicem Iudicem appellationis approbato conferenda remittatur, ad eum, ad quem collatio, prouisio, vel institutio spectabit. Hec tamen appellatio interposita interim non impediatur aut suspendatur quominus electio per ordinarium primo loco facta interim debet demandari executioni, & prouisus ab eadem ecclesia, causa appellationis huiusmodi pendente non amoueat. Et si quis a sententia per iudicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad sedem ipsam Apostolicam appellabit. Si secus in praemissis omnibus, & singulis actum, aut attentatum fuerit, irritum decernimus, & inane, &c.

ADDE

ADDITIONE. Ea qua concurrere debent, vt ecclesia dicatur parochialis, & vt quis dicatur Curatus, habentur per Staphil. de liter. grat. tit. de qualit. & Stat. benef. nu. 27. & infra, Gomes in regul. cancel. de idiomate, quaest. 11. Hoied de benef. incompatib. par. 1. cap. 13. & notab. discutuntur per Rot. Rom. in decis. diuers. decis. 52. vol. 2.

Circa examen per concursum, in vacatione parochialis ecclesiae faciendum quaeritur de infra scriptis, & primo. An notorietas idoneitatis de vita moribus, & scientia alicuius personae qualificatae operetur, vt non subiiciatur huic examini. Respondeo negatiue, etiam si esset famosissimus Doctor, qui cum maximo applausu per plures annos legerit ad tradita per Fusc. lib. 2. de visitat. c. 5. nu. 10. etiam si esset Vicarius ipsius Episcopi ex declar. Sacrae Congreg. referente Paris. lib. 8. de resign. benef. quaest. 9. num. 87. neque hoc caret ratione. Patet enim praed. examen requiri pro forma, cum alias stante praefata Pij V. Constit. annulletur collatio, & ideo omitti non potest ad notata per Lambert. qui alios citat. de iurepatr. lib. 2. par. 1. quaest. 11. art. 3.

Secundo quaeritur, An istud ius examinandi, & edicti proponendi solis episcopis competat, ita vt alij inferiores, ad quos ipsarum parochialium ecclesiarum collatio pertineret, ab hoc excludantur. Respondeo affirmatiue, & ita pluries resolutum fuisse per Sacram Congregationem, eius decisiones, & responsa ad verbum recitando testatur Paris. loc. cit. limitatur in illis, qui omnimodam iurisdictionem episcopalem haberent, nec alicui subderentur, sed immediate Sedi Apostolicae subiecti essent ac nullius diocesis censerentur, proprium, & distinctum territorium habentes cum facultate congregandi synodum, quam antea etiam coegissent, & in ea examinatores elegissent, & habetur in Archiep. Bononien. par. 4. tit. de exam. per concurs. & censuisse Sacram Congregationem affirmat. in d. q. 6. Paris. num. 98.

Tertio quaeritur in quibus casibus haec forma examinis a Concilio praescripta omitti possit. Respondeo quod praeter casus in praed. alleg. cap. 18. in eius sine expressos, sunt etiam alij, quorum primus est in cura animarum qua in ecclesia collegiata exercetur per canonicos vel hebdomadarios arg. tex. in cap. statutum, de elect. in 6. nam in isto casu cura dicitur esse penes collegium, & non penes singulos, aut quemcumque canonicum per se ita vt canonicus dicatur curatus. Oldrad. conf. 67. tit. de praeben. Puteus decis. 290. lib. 1. & censuit sacra Congreg. in vna hebdomadaria collegiata ecclesiae S. Iohannis maioris de Neap. Sed obstare videntur verba Conc. Trid. in princ. d. c. 18. adiecta quibus aperte significatur praedictam examinis formam non esse praetermittendam etiam si cura ecclesiae, vel Episcopo incumbat ei per plures administraretur. Hinc Domini de Rota in prox. cit. decis. 48. dixerunt, quod vbi cura beneficio inherens ecclesiae vel Episcopo incumbat, & ab ipso ecclesiae superiore pluribus inuicem proprie & discrete, veluti singulis hebdomadis exercenda & administranda committitur in hoc casu verificari verba Conc. Trid. vbi vero promiscue, confuse & indeterminate cura beneficii, seu ipsius ministerium per plures exercetur, & ecclesiae vel Episcopo non incumbat, tunc locum esse d. Oldradi conf. & ita esse intelligendum vt non repugnet decreto Conc. Trident. Secundus casus ut non requiratur nouum examen in provisionibus faciendis de beneficiis ex causa per mutationis declarando ut per Paris. in d. quaest. 9. nu. 65. Tertius ut non oporteat seruare formam examinis per concursum in collatione canonicatus, cui unita sit Parochialis prout fertur censuisse Sacram Congregationem. Quartus in resignatio Parochialis facta in manibus sanctissimi ad fauorem certae personae sed sufficere si examine tur eo examinis genere, quod uocatur in forma dignum, iuxta quam opinionem plu-

ries in facto contingenti respondisse sacram Congregationem refert Paris. lib. 10. de resignat benef. quast. 7. & illa verba in Concilio posita ibi. s. (per resignationem etiam in curia) intellige de resignatione simpliciter facta, & non de ea qua sit in fauorem, quod & ipse ex pluribus similibus comprobatur.

Quarto quaritur. Quando incipiat currere tempus, quatuor mensium. Episcopis datum ex prad. Pij V. Constitutione. Respondeo quod non incipit currere nisi a die habita notitia vacationis ita in terminis huius Bullae unanimiter conclusum fuit per Dominos de Rotam decis. diuers. decis. 481. vol. 1.

Denique quaritur in quibus casibus poterit Episcopus terminum decem dierum in edicto praefixum ad alios decem dies prorogare. Respondeo quod hoc non aliter ei licebit, nisi qui descripti sunt, legitimo impedimento detenti fuerint, quo minus praestituto tempore ad concursum accesserint, siue etiam si in tempore quidem se obtulerint, sed legitima aliqua causa ne ad concursum accederent, impediti fuerint. At si nullus intra priorem terminum se obtulerit, vel ex accidentibus nullus idoneus reperitus fuerit, tunc edictum erit proponendum, cuius termino elapso si nemo se exhibeat, aut ex oblatiis nullus idoneus inueniatur, tunc omisso edicto atque concursu praecedente tamen examine alteri beneficium poterit conferri. Non etiam aliud edictum erit necessarium proponere, aut propositum prorogare, si infra terminum vnus tantum se exhibuerit, nam de eo solo periculum erit faciendum, prout haec, & alia habentur in d. Archiep. Bononien.

Et quoniam Conc. Trid. & praefata Pij V. Constitutio praecipere videntur tale examen, ut postea possit de digniori & magis idoneo aduocantis beneficij regimen electio fieri, ad sciendum quae scientia in aliquo requiratur, ut dicatur dignus, & praefici possit ecclesiasticis beneficijs, vide Ioan. de Sylua in tract. de benef. par. 3. q. 5. & Gonzalez ad 8 Reg. cancel. gl. 4. an. 60.

Item an magis idoneus doctrina preferendus sit illi, qui sufficientes literas habens esset tamen magis idoneus moribus & prudentia adde D. Tho. 2. 2. q. 63. art. 2. & Rodriguez in noua su. cas. conse. par. 1. c. 160. nu. 2. & An patroni salua conscientia praesentabunt dignum, & idoneum, cum praesentare poterint digniorem & idoneiorem, ac teneat huiusmodi praesentatio late Lambert. de iure patron. lib. 2. parte 1. quast. 10. art. 3. Item in quibus casibus liceat conferre beneficia ecclesiastica minus digno, digniore postposito post Sot. lib. 3. de iust. & iur. abunde tradit Naua in Miscellan. 38. de orat. & Rodriq. in praesallex. cap. 106.

Item An & quomodo iuxta terminos Conc. Trid. d. cap. 18. minus dignus in beneficio competito, cum digniore concurrendo possit se excusare a peccato idem Nauar. optime in Miscellan. 40. & An eligens dignum praetermissio digniori teneatur ad restitutionem ac damni satisfactionem, & cui post Caiet. in sum. in verbo Acceptio personarum, & Sot. lib. 4. de iust. & iur. q. 6. art. 3. vers. Ad sextum argumentum, disputat hanc quaestionem Couar. qui alios citat in regula peccatum par. 2. §. 7. nu. 6. de reg. iur. in 6. Et denique quomodo impediens ne detur beneficium ecclesiasticum digniori, vel digno ad restitutionem teneatur videndi sunt. D. Thom. & ibi Caiet. 2. 2. q. 62. art. 2. ad 4. Syluest. in verbo Restitutio. 3. §. 12. Couar. loc. cit. & Nauar. in Man. cap. 17. nu. 74. & in prad. Miscellan. 40. nu. 16. qui in utroque loco loquitur in materia concursus.

BENEFICIORVM POSSESSIO.

PRÆTER Summissas sciendum est, quod prouisus a Sede Apostolica non potest possessionem adipisci nisi literis expeditis, & contra tales administrationi se ingerentes extat. extratrag. communis incip. Iniuncta nobis, de elect. quæ fuit innouata per Iulium Secundum fol. 151. in Bull. & per Iulium Tertium. fol. 124. extenditur, & ampliatur per Paulum Tertium folio 360. & per Pium IV. 804. & fol. cum ante confectionem literarum gratia Apostolica sit informis a voluit Summus Pontifex in reg. Cano. 26. de non iudicando iuxta formam supplicationum, sed literarum expeditarum.

Congruit tit. de electio.

In Regno Neapolitano ad hoc vt prouisi faciant fructus suos vltra literas Apostolicas requiritur quod possessionem recipiant de manu Nunciij b ob Breue Pij V. de anno 1568. die 8. Ianua. fol. 1008. incip. Cupientes, habentur infra. & ratio est quia beneficio vacante succedit Camera in fructib. c vt Nuncius Apostolicus redatur certior quando Camera desinat possidere.

De electo se ingerente administrationi ante confirmationem est tex. in c. avaritia, de elect. in 6 d

ADDITIO Ratio est quia ex quo gratia a mente Papæ dependet, & ipse non vult quod gratiatus gratia vtatur nisi literis expeditis secundum Gomes. in reg. de non iudic. iuxta for. sup. quas 9 & talis concessio habeat quasi tacitam conditionem videlicet si per Cancellariam transferit vt per Mandos in ead. reg. q. 3. Hinc dicitur quod in beneficiis litera expedita habetur loco tituli. Staphil. in trac. de lit. gra. in princ. num. 16. quæ quando dicantur suam formam recipere vt possint dici expedita, vide per Rebuff. in prax. tit. de bul. non. declarat Gomes. loc. citat. quas 1. & in tractat. Breuium sub numer. 2. Mascard. de probat. in conclus. 1169. nu. 2. & quibus rationibus id statutum sit vide per Paris. de resign. benef. lib. 8. q. 1. nu. 13. & lib. 10. q. 1. num. 12. Et disposita contra capientes beneficiorum possessionem ex sola signatura absq; literis expeditis limita primo, vt habetur per Staphil. tit. de rescript. in for. Breu. num. 24. & Gomes. in tract. Breuium sub num. 14. Secundo limita nisi possessio capiatur vigore Breuis nomine Camere, vt fieri solet in beneficijs litigiosis cu clausula citra vitium spolijs & attentatorum de quo late per Lancell. de attentat. par. 2. c. 4. num. 455. cum seq. Paris. in d. tract. lib. 11. q. 6. num. 29. quo casu ex Bulla Pij V. incip. Cordi quam habes infra in verbo sequestrum fructus beneficiorum lite pendente deponi debent apud personam a iudice eligendam non obstantibus quibuscunque statutis disponentibus, quod Capitula & canonici percipiant. Et quid si post supplicationem signatam manu Sanctissimi ipsius mors intercedat priusquam peruentum sit ad Bullarum confectionem vide Doctores in proem. Sexti vers. vniuersitati. Felin. in rubr. de constit. sub num. 5. Gomes. loc. primo citat. & in reg. de infir. resign. q. 18. Boer. deci. 346. Afflic. decis. 253. num. 4. & Paris. in d. tract. lib. 10. q. 1. num. 35. & infra Et an Episcopus pro expeditione literarum collationis beneficij possit tertiam partem fructuum illius accipere, vide Nauar. const. 13. de simon. in antiq. intrepide tenentem quod non ad quod facit tex. in c. ex multis temporibus. 1. q. 3. Coc. Trid. sess. 24. de ref. c. 14. & Bulla Pij V. incip. Durum nimis. quam habet infra in verbo Simonia illius decreti declaratoria reuocans omnia priuilegia & consuetudines ecclesiarum aliquid recipiendi collatione, prouisione, ac missione in possessionem beneficiorum; adeo vt pro immissione in possessionem alicuius beneficij vel

receptione in canonicum tam Episcopo, quam Capitulo sint de genere prohibitorum etiam dulciaria multa, & quid simile exigere prout Sacra Congregatio censuit.

An & quando beneficiatus cogi possit ad ostendendum titulum sui beneficii vltra gl. in c. 1. de reg. iur. in 6. vide Gomes. in reg. de trien. possess. q. 43. Maran. in Spe. par. 6. tit. de inquisit. nu. 152. & par. 4. dist. 13. nu. 6. Couar. in c. alma mater. de sen. excom. in 6. par. 2. s. 2. sub nu. 9. Io. Sylu. de benef. par. 3. q. 25. Mascard. late & notab. de probat. cōcl. 1373. Capyc. dec. 6. & Nauar. cons. 14. de off. ord. in antiq. Et quid in successore in beneficio an & quādo teneatur docere de titulo sui prædecessoris ad de Boer. decis. 42. nu. 3. Mascard. de probat. conclus. 1374. Paris. in d. tract. lib. 10. q. 4. Quid autem si Bulla fuerint deperditæ quomodo possit earū probatio fieri, vide Aff. decis. 302. nu. 3. & decis. 274. Mandos. in reg. de non iudic. iux. for. sup. q. 6. Mascard. conclus. 246. Paris. in d. tract. lib. 8. quæst. 2. nu. 2. & infra ac per alios. Doctores a prædictis citatos.

b Qui post Bullas sibi præsentatas scribit literas suo collectori siue commissario diocesis in qua est situm beneficium impetratum a Sede Apostolica ut promissa possessionem relaxet uel ipsum in eam immittat. Et an quis possit propria auctoritate beneficii possessionem capere, ac de corporali inductione ad ipsius apprehensionem præter Rebuff. late de hoc scribentē in praxi. tit. de miss. in posses. doct.issime loquitur Couar. lib. 3. var. resol. c. 16. Rossin. de benef. c. 12. Paris. in d. tract. li. 10. q. 6. Et quid si prouisus a Papa non possit capere possessionem beneficii eo quod fuerit impeditus expedire Bullas ab aliquo pensionario ob non solutionem pensionis antiquæ super illo beneficio imposita. an ad remouendum illud impedimentum possit illam soluere uel impediendi aliquid promittere. R. quod iste talis ad hoc canere debet absque auctoritate uel licentia Sanctis. D. N. alias committeret peccatum simonia. quia quamuis liceat beneficiario pro iure spiritali iam quasito, & possessio conseruado dare aliquid temporale molestatori de facto ut probatur in c. dilectus, el primo de simon. & per glo. in c. decimas 16. q. 7. in ver. decimas, secus tamē est pro iure spiritali querendo neque pro quasito nondum possessio conseruado. ut per Panor. in d. c. dilectus, nu. 4. & in si præd. gl. quam rationem affert Nauar. cons. 17. de simon. in antiq. & tamen verum est posse pensionarium iure petere pensiones decursas, & non solutas annorum præteritorum a nouo possessore beneficii, qui forte nihil recuperabit ab hæredibus sui prædecessoris, prout colligitur ex dictis Philip. Fran. in c. presenti. s. fi. de off. ordin. in 6. & latius ex Gigan. in trac. de pension. q. 39. & quod ita se habeat stylus Curia testatur Nauar. in cons. 49. nu. 5. de præb. in antiq.

Quamuis liceat beneficiario & c. Quod licite possit quis redimendo vexationem aliquid dare ne molestetur super beneficio quod possidet. & pro conseruatione illius iuris iam quasiti post Doctores in c. dilectus el 2. de Simon. uide Paris. in cons. 135. nu. 20. vol. 4. Burgas. in trac. de irregu. par. 6. tit. de Simon. nu. 58. & Rebuffum plene declarantem in praxi par. 2. tit. de Simon. in resignat. nu. 17. & pluribus seq. ac Nauar. in Man. c. 23. sub nu. 102. erunt cons. 47. & 44. de Simon. in nouis. Toletum in d. lib. 5. c. 90. Ioann. Guttier. lib. 2. cano. quæst. c. 23. a nu. 57.

At an quis licite & tuta conscientia possit beneficium simplex accipere animo illud postea relinquēdi, & mutandi statum uide Naua. in Miscel. 44. de orat. & quid in accipiente beneficium curatum animo non residendi in eo sed permutandi ob aliud simplex uel renunciandi reseruata pensione uide eundem Nau. in cons. 16. & cons. 24. de præb. in antiq. ideoque ad hoc euitandum de stylo in Curia quando datur examen, apponitur clausula dato prius iuramento quod illud non recipiat animo renunciandi testante Paris. d. tract. lib. 9. q. 10. in fin.

Inter

Inter alia requiritur vt prouisi a die adeptæ possessionis intra duos menses. si qualitas beneficij hoc exposcit. debeant emittre professionem fidei iuxta decretum Conc. Trid. sess. 24. de ref. c. 12. §. Prouisi etiam. & Bulla Pij 4. incip. Iniuunctum nobis quã habes infra in verbo fidei professio sub pana vt alioquin non faciant fructus suos nec possessio illis suffragetur vt habetur in d. Concil. quam Concilij dispositione amplia & primo in eo. qui illam infra tempus a Concil. præfixum nõ fecerit. vt nihilominus possit. & debeat deinde illam facere ratione a Nauar. assignata cons. 4. de Sum. Trin. & fid. carhol. Secũdo amplias. vt tali non suffragetur quo ad fructus possessio triennalis tum per rationem eiusdem Nauar. cons. 1. num. 1. eod. tit. tum quia hoc voluit Cõgr. Conc. Trid. s. vt nec longissima possessio profit ei qui non emisit professionem fidei quo ad fructus percipiendos quamdiu illam non emisit. Limita & primo vt propter illa verba Concilij s. vt nec illi possessio suffragetur non excludatur prouisus quo ad titulum & proprietatem beneficij sicuti per plura respondet Nauar. in facti contingentia in cons. 5. de verb. sign. in antiq. Secundo limita in omittente illam ex incogitantia vel ignorantia vt nec mortaliter peccet neq. in foro conscientia obligetur ad fructuum restitutionem. idem Nauar. consil. 1. & 3. eod. tit. admonens tacendã esse hanc negligentiam coram hominibus. secus vero in foro exteriori quia illa ignorantia est iuris clarique non excusat cap. ignorantia de reg. iur. in 6. & sic præsumeretur mala fide illos percipisse. arg. reg. qui contra iura cum concord. in gloss. allegatis eod. tit. & lib. Tertio limita intelligendo vt propter omissionem professionis fidei amittatur tantum fructus præbendarum non autem distributiones quotidianas. quos inseruiendo quis acquisierit prout eodem Sacra Congregatio censuit.

Refertur Sacram Congregationem Conc. censuisse scribendum esse ad Nuncium Hispaniarum. Et. qui professionem fidei non emisit possessionem non suffragari quo ad faciendos fructus suos tantum. quo ad ceteros autem effectus commodo possessionis. & ceteris iuribus. si qua habet. non priuari. ac alias declarasse omissionem professionis fidei non priuare Canonicum alijs possessionis effectibus. sed ipsum. & vocem in Capitulo. & ius præcedendi habere a die adeptæ possessionis. nisi aliud obstat.

c Quos fructus a die vacationis obueniens vsque ad diem quo prouisus per S. Põtificem possessione ceperit. hodie applicat sibi Camera Apostolica pro Ecclesia Romana necessitatibus releuandis vt colligitur ex extrauag. cũ nonnulli. sub tit. de præb. inter comm. & fuit etiam prouisum per alias diuersorum SS. Pontificum constitutiones. qui in regno Neap. exiguntur a commissarijs deputatis per Nuncium; idq; limitatur Episcopatibus & beneficijs huius regni pertinentibus ad regiam nominationem. vt fructus decurrentes durate tempore vacationis referuentur futuro successori. in quo videtur obseruari ius commune. prout statuitur in c. quia sæpe. de elec. in 6. & in c. presenti de offi. ord. eod. lib. & habetur per Nauar. in tract. de spol. §. 12. n. 7. & per Boe. decis. 340. Quid vero dicendum sit de fructibus beneficiati demortui infra annum ad quem debeant spectare pro rata temporis decursi vsque ad illius obitum præter eod. in d. c. presenti vide Couar. lib. 1. var. resol. c. 15. num. 12. & late per Redoan. in tract. de spol. q. 5. faciunt dicta per Vinc. de Franc. decis. 168. & eo magis stante cõcordia facta cum Sede Apostolica super spolijs. ad quod etiam vide Bulla. 9. Jul. 3. incip. Cum sicut nobis. fol. 504. in Bullario & vide infra in verbo Spolia clericorũ. Et an existis beneficij fructibus pedetibus. ac inexactis possit creditoribus ob debita ipsius beneficiarij satis fieri. tangit Naua. in apolog. de redit. eccles. q. 2. mon. 26. in fi. & in cons. 4. de success. ab intest. in antiq. Et an Camera teneatur ad soluenda debita ipsius beneficiarij. vel prælati de fructibus beneficij & spolijs remansis tẽpore obitus

eorum habetur plene per Redoan. in supra d. tract. q. 10. vide etiam Nau. cons. 14 de regul. in antiq.

d Cuius tex. dispositionem licet pœnalem tanquam ecclesijs fauorebilem alia procedere etiam in presentato a patronis ante institutionem lap. alleg. sub num. 4. Roc. de Curt. in trac. iuris patrona. in ver. honorificū q. 39. Reb. in prax. 3. par. signat. nu. 54. & 55. & ratio dispositioni illius text. erit, quia nemo debet a seipso assumere honorem Pau. Apost. ad Hebr. c. 5. c. qualiter de ele. Limita non procedere in tent. ante & parante sed tantum ad illud faciendum absque executione vt per glos. Gem. & Fran. in d. text.

Quamuis ex relatis per Lambertin. in tract. de iure patron. par. 2. lib. 2. q. 5. art. 1. apparet aliquantulum controuersum, Num dispositio tex. c. Auaritia, de elect. in 6 extendatur ad presentatum ingerentem se in administratione, ipse vero declinat in partem affirmatiuam, & hanc litem nobis clare diffiniuit Rota Rom. teste Crescentio in decis. 6. sub tit. de iure patron. quo loci a nu. 12. & infra plura notatu digna ad intellectum, & ampliationem præd. text. traduntur. vide Mandosi de signat. gratia tit. priuationes fol. 37.

SEQVVTVR CONSTITVTIONES IVLII III. ET

Pij IIII. & Pij V. Supra allegatę.

Contra retinentes beneficia ecclesiastica absque literis Apostolicis super eisdem retentionibus. Nec non contra quoscunque apprehendentes possessione beneficiorum ecclesiasticorum absque eisdem literis Apostolicis.

c. auctoritate de electio. in 6.

S ANCTISSIMUS in Christo Pater, & dominus noster Dominus Iulius, diuina pudentia Papa III. Cui nuper in nouit quod licet alias se. re. Gregorius Decimus in Generali Concilio Lugdunensi, sua Generali Constitutione sanciuerit quod nullus ex tunc de cetero administrationem dignitatis ad quam electus esset prius quam celebrata de ipso electio confirmaretur sub œconomatus, vel procurationis nomine, aut alio de nouo quæsito colore in spiritualibus, vel temporalibus per se, vel alium pro parte, vel in totum gerere, vel recipere aut illis se immiscere præsumeret, omnes illos, qui secus fecissent iure, si quod illis per electionem quæsitum foret, decernens eo ipso priuatos, & præ me. Bonifacius VIII. etiam sua perpetua ualitura constitutione sanciuerit, vt Episcopi, & alij Prælati superiores, nec non Abbates, Priores, & ceteri Monasteriorum regimina exercentes quocunque nomine censerentur, qui apud Sedem Apostolicam promouerentur, aut confirmationis, consecrationis, vel benedictionis munus reciperent: at commissas eis ecclesias, & Monasteria dictæ sedis literis eorum promotionem, confirmationem, consecrationem, seu benedictionem huiusmodi continentibus non confectis accedere, vel bonorum ecclesiasticorum, administrationem accipere non præsumerent, nullique eos absque dictarum literarum ostensione reciperent, aut eis parerent, vel intenderent. Quod si forsan contra præsumptum fuisset, quod per Episcopos, Prælatos, Abbates, Priores, & alios Monasteriorum regimina exercentes prædictos medio tempore actum foret, irritum haberetur, nec quequam interim iidem Episcopi, vel Prælati, Abbates, Priores, vel regimina exercentes de Ecclesiarum, vel Monasteriorum eorundem prouentibus perciperent, & re. me. Paulus Tertius Roman. Pontifi. prædecessores nostri qui

buseun-

buscunq; Tabellionibus publicis, sub excommunicationis latae sententiae poena in-
 hibuerint, ne ex tunc de cetero de transumptis supplicationum praeterquam ha-
 bentium clausulam quod earum sola signatura sufficeret, ac decreto, & concessio-
 ne literarum, seu mandatorum possessionem beneficiorum ecclesiasticorum vi-
 gore supplicationum huiusmodi apprehendi, rogari deberent, neve illa scribere,
 vel subscribere, aut quouis modo auctericare, vel partibus tradere praesumerent,
 volens, & Apostolica auctoritate statuens inter cetera quod partes transumptis,
 seu literis, aut mandatis huiusmodi, ex tunc deinceps videntes, ac illorum praetex-
 tu possessionem huiusmodi apprehendentes fructus quos ex illis pro tempore per-
 cipere suos non facerent. Quivimmo ad beneficia in eisdem transumptis, & li-
 teris, ac mandatis expressa efficerentur, ipso facto perpetuo inhabiles, & ad restitu-
 tionem fructuum ex illis pro tempore perceptorum in vtroque foro tenerentur.
 Decernentes tunc iudicati debere, ac irritum &c. & successiue Sanctitas sua, atten-
 dens quod ante confessionem literarum gratia Apostolica est informis, inter alia
 voluerit, statuerit, & ordinaverit, quod Iudices in Rom. Curia, vel extra pro tem-
 pore existentes, etiam si esset S. R. E. Cardinales, vel causarum Palatii Apostolici
 auditores, aut quicumque alii non iuxta supplicationem super impetratione signa-
 tarum tenores, & formas iudicare deberent, etiam decreto irritanti adiecto, Nihilominus
 diversi Episcopi, & alij Praelati superiores, & Abbates, literis super dispen-
 satione retinendi beneficia per eos antequam promoverentur, aut eorum electio-
 nes confirmarentur obtenta per praedictam Sedem pro tempore concessis mini-
 me confectis beneficia per eos obtenta praedicta retinere, & diuersa alia persona
 ecclesiastica possessionum beneficiorum ecclesiasticorum eis dicta auctoritate con-
 ferri, seu commendari, vel in eorum fauorem vniri, aut alias disponi confessionem
 literis Apostolicis desuper non expeditis apprehendere praesumunt, inhabilita-
 tem, & alias poenas in sanctionibus, & inhibitione, ac voluntate, & statuto praedi-
 ctis contentas damnabiliter incurrendo in animarum suarum periculum; Vo-
 lens periculis in animarum huiusmodi latius occurrere; Sanctiones, & inhibiti-
 onem, ac voluntatem, & statutum huiusmodi, quorum tenores Sanctitas sua, ac
 si de verbo ad verbum infererentur, haberi voluit pro expressis, approbas, & in-
 nouans, ac perpetuo obseruari debere decernens, & Sanctiones ipsas ad inferiora
 beneficia Ecclesiastica quacunque quomodocunque qualificata amplians & ex-
 tendens, hac sua in perpetuo valitura constitutione statuit, & ordinavit quod
 omnes, & singulae personae ecclesiasticae, tam saeculares, quam quorumuis ordinum
 regulares, cuiusuis status, gradus, ordinis, uel conditionis existant etiam si Episco-
 pali, vel Archiepiscopali, aut Patriarchali, vel alia maiori dignitate praefulgeant
 quod de cetero literis super dispensationem retinendi beneficia per eos antequam
 promoueantur, aut eorum electiones confirmantur, obtenta eis per Sedem eandem
 pro tempore concessis minime confectis beneficia ipsa retineri, aut possessionem
 alicuius, seu aliquorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, uel sine cura sae-
 cularium, vel quorumuis ordinum regularium quocunque, & qualitercunque
 qualificatorum eis dicta auctoritate apostolica conferri, seu commendari, aut in
 eorum fauorem, & accommodum vniri, seu alias disponi concessionem literis
 Apostolicis super collatione, seu commenda, aut vnione, seu alia dispositione hu-
 iusmodi non expeditis per te, vel per alium, seu alios eius nomine etiam supplica-
 tionum seu sumptorum vel transumptorum huiusmodi, aut collationum eis post-
 modum de ipsis beneficiis tanquam etiam tunc certo modo in supplicatione ex-
 pressis vocantibus ordinaria, uel alia quouis auctoritate factorum praetextu apprehendere.

liendere presumpserint, aut per alios apprehensam ratam, & gratam habuerint ipsorum beneficiorum non possessores, sed meri, & nudi detentores, ac violenti sine aliquo titulo in eis intrusi censeantur, & pro talibus habentur, & reputentur nec fructus suos faciant, sed ad illorum restitutionem, ut praefertur, teneantur, & obligati existant, constitutiones seu dictae Cancellariae regulae de annali, & trienniali possessore in illis locum non habeant nec eisdem detentoribus, & intrusis in aliquo suffragentur, quinimo beneficia per eos tempore promotionis suae aut eorum electionis, confirmationis obtenta literis super dispensatione ea retinendi, sibi concessa non expeditis retinentes, aut possessionem beneficiorum literis Apostolicis super illis non confectis apprehendentes, seu per alios apprehensam, ratam, & gratam habentes beneficio sic retenta, aut apprehensa, & omne ius, quod in illis, vel ad illa pro tempore quomodolibet habuerint, eo ipso amittant, illisque & illo privati, ac ad illa de cetero obtinenda perpetuo inhabiles, nec illa ulterius, & praetextu noui tituli, aut nouae Commendae, vel unionis, seu alterius dispositionis, etiam apostolica auctoritate facta assequi valeant, sed beneficia ipsa tanquam de iure, & facto vacantia alijs conferri, seu commendari, & per quosuis, tam ab eorum ordinarijs collatoribus, quam a sede praedicta libere impetrari possint, & si beneficia ipsa litigiosa fuerint colligantis in omni iure, & ad omne ius quod beneficia retinentibus, aut possessionem apprehendentibus huiusmodi in eisdem beneficijs, vel ad illa quomodolibet competebant aut competere poterat eo ipso absque iuris, aut hominis ministerio surrogentur, & surrogati esse censeantur, ac in eorum fauorem causa desuper pendens aduocata, & lis extincta fuisse & similiter esse censeatur. Quodque de cetero supplicationes etiam manu nostra & motu proprio signatae, nisi habuerint clausulam, quod eorum sola signatura sufficiat nullum aliam quam per literarum super illis conficiens fidem, aut probationem faciant, seu praestent, nec nulla eis in aliquo alio casu fides adhibeatur, & adhiberi possit. Decernens sic, & non aliter, tam in eadem curia quam extra eam & in partibus per quoscunque iudices, ac Commissarios quauis etiam Apostolica auctoritate praedicta fungentes etiam causarum palatii huiusmodi Auditores, & ipsius R. E. Card. in quauis causa, & instans sublati eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & c.

Placet publicetur, & describatur I.

Breue Pii V. applicationis fructuum omnium beneficiorum reseruatorum in Regno Neapolis pro tempore uacantium a Die vacationis vsque ad diem quo prouisi possessionem ceperint de manu nuncii.

Cypientes malitijs nonnullorum, qui fructus Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum dispositioni Apostolica reseruatorum usurpare non verentur, occurrere, & Camera nostra Apostolica indemnitati, quantum cum Deo possumus, consulere, Motu proprio, & ex certa scientia, ac materia deliberatione nostris; deq. Apostolica potestatis plenitudine omnes, & singulos fructus, redditus, & prouentus, ac iura, obventiones, & emolumenta quaecumque quomodolibet, & quauis litercumque nuncupata omnium, & singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cura, & sine cura secularium, & quorumuis Ordinum regularium, & Monasteriorum etiam Consistorialium nobis, & Sedi Apostolicae, tam per Constitutiones Apostolicas, quam Cancellariae Apostolicae regulas editas, & edendas, seu alias quomodolibet,

bet, & ex quavis causa generaliter, vel specialiter reseruatorū, seu affectorum in Regno Neapolis, & quibusuis illius Prouinciis, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, & locis consistentium per obitum, & alias quouis modo, præterquam per cessum illa obinentium pro tempore vacantium, a die ipsorum beneficiorum, & Monasteriorum vacationis pro rata temporis, vsque ad diem, quo prouisi per nos de eisdem beneficiis, & Monasteriis vigore literarum nostrarum sub plumbo illorum possessionem de manu dilecti filii Magistri Pauli Odescalchi Notarii & in dicto Regno Nuncii, & collectoris nostri, quem per alias nostras literas Commissarium ad capiendum possessionem beneficiorum, & Monasteriorum huiusmodi deputauimus, habuerint, & acceperint, & aliter capta possessio nullius sit roboris, vel momenti, ac prouisis ipsis nullum ius per eam acquiri, neque eis ullatenus suffragari possit, eidem Camera Apostolica auctoritate Apostolica tenore presentium applicamus, incorporamus, & appropriamus illaque applicata incorporata, & appropriata esse, & fore, & ad illam spectare, & pertinere nullumque præter nos, & dictam Cameram, aut ipsum Paulum Nuncium, & Collectorem, aut ab ipso deputatos subcollectores, ea percipere exigere, aut alias se in illis intromittere posse, aut debere statuiamus, & ordinamus: & nihilominus ne aliquod impedimentum huic nostræ ordinationi occurrat, quibusuis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis in virtute Sanctæ Obedientie, ac sub suspensionis a diuinis, & interdicti ingressus Ecclesiæ quo ad Archiepiscopos, & Episcopos, quo ad vero alios inferiores, etiam sub excommunicationis, & alius arbitrii nostri, & quo ad omnes, sub priuationis facultatis conferendis beneficia in eorū mensibus pro tempore vacantiæ pœnis, districte præcipimus, & inhibemus, ne beneficia dispositioni Apostolicæ reseruatæ, seu affecta prædicta quouis prætextu, causa, aut quasito colore cuiquam conferre, seu de illis prouidere quoquo modo audeant, vel præsumant: sicque in præmissis omnibus &c. Non obstantibus &c.

DE ELECTIONIBVS AD REGIMINA MONASTERIORVM
Præpositurarum, & aliarum dignitatum Conuentualium.

SANCTISSIMUS IN CHRISTO PATER, & dominus noster dominus Pius diuina prouidentia Papa Quartus. Ad cuius peruenit notitiam, quod licet alias omnia monasteria virorum, valorem ducentorum florenorum auri communi æstimatione excedentia, nec non prioratus, præposituras, ac alias dignitates Conuentuales, & præceptorias generales, ordinum quorumcunque dispositioni tuæ generaliter reseruauerit, ac propterea illorum prouisiones, & ad ea quæ speciali priuilegio eligendi tibi per Sedem Apostolicam concessio suffulta sunt, Canonice factarum electionum confirmationes, ad sanctitatem suam, & dictam sedem pertinere noscantur: nihilominus plerique Religiosi cæca nimis ambitione agitati, partim electiones de suis personis ad monasteria, prioratus, & alias dignitates conuentuales huiusmodi, vel priuilegium eligendi prædictum habeant, vel illo careant, nullo iuris ordine seruato, nullaque boni, vel æqui ratione habita temere fieri, factasque per ordinum superiores, aut locorum ordinarios de facto confirmari, partim vero nedum priusquam electiones de se ad monasteria, & alias conuentuales dignitates eligendi priuilegio suffulta factæ, rite confirmantur: sed ne electi quidem canonice, se in regimine, & administratione tam in spiritualibus, quam temporalibus monasteriorum, aliarumque dignitatum vacantium eorundem, ac illorum bonorum immiscere non verentur, in animarum periculum, au-

Clori-

toritatis Apostolicæ contemptum, & plurimorum scandalum: Volens itaque qui paulatim in religiosos irreperunt abusus, & abutibus nimis licentiosis aliquando, sicut par est, occurrere, suamque sedi præfatæ prærogatiuam asserere, omnes, & singulas electiones quarumvis personarum ad regimina monasteriorum, prioratum, præpositurarum, & aliarum dignitatum conuentualium, ipsarumque electionum confirmationes per quoscunque cuiusvis status, gradus, ordinis, & conditionis existant, & quauis etiam archiepiscopali, patriarchali, aut maiori præfulgeant dignitate hæcenus sic præsumptas, nullas, & inualidas, ac pro nullis, in ualidis, & prorsus infectis habendas esse, personasque sicut præfertur electas, & confirmatas, monasteria, aliasque dignitates huiusmodi sine legitimo titulo possidisse, & possidere, Nec non illorum fructus, redditus, & proventus indebite percepisse, & percipere. Ac personas ipsas ad absolutionem, & habilitationem suam per his, nec non confirmationem electionum de se factarum a sanctitate sua seu Romano Pontifice pro tempore existente, aut sede prædicta infra sex menses a data presentium computandos impetrandum, ac literas Apostolicas super huiusmodi confirmatione in totum expediendum omnino teneri declarauit. Et nihilominus hac sua perpetuo ualitura Constitutione statuit, & ordinauit, quod nullus de cetero se in regimine, & administratione monasterii, vel alterius dignitatis conuentualis, ad quod seu quam illum eligi contigerit in spiritualibus, vel temporalibus antequam rite celebrata electio a Sanctitate sua, aut Romano Pontifice pro tempore existente, & sede prædicta confirmata, & literæ Apostolicæ desuper expeditæ fuerint, per se, vel alium in toto, vel in parte quouis qualitate commiscere, aut ad illud, vel istam recipere, vel alias se pro eius prælo gerere præsumat. Decernens omnes, & singulos qui secus fecerint, iure si quod illis ad monasteria, vel eorum regimina, & administrationes, ac alias conuentuales dignitates per electionem huiusmodi quantum fuerit, eo ipso priuatos, & deinceps ineligibiles esse, ipsaque monasteria, & alias dignitates ab eadem sede impetrari posse; qui uero similes electiones confirmare præsumperit, etiam eo ipso superiores ordinum uidelicet suis dignitatibus priuatos; ordinarijs autem locorum etiam si Archiepiscopali, & maiori præcellant dignitate, ingressum ecclesiæ interdictum, eosque ab ecclesiarum suarum regimine, & administratione suspensos existere.

Placet publicetur, & describatur. I.

Lectæ, & publicata fuit præscripta regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dominicæ millesimo, quingentesimo sexagesimo quarto Die uero Martis ultima mensis octobris, Pontificatus præfati. S. D. N. Papæ Anno Quinto.

Ann. Homellius Custos.

BENEFICIORVM RESIGNATIONES.

*Cogruit
tit. de re
nuncia.*

PRÆTER Summistas sciendum est beneficium potuisse olim resignari simpliciter in manibus collatoris, & admodum de reu. gl. in clem. unica in ver. manibus, eo. tit. & in c. de regularibus, in ver. dimittant, de simo. Mand. in praxi signa. gratia in ver. resignatio non tamen ad fauorem, quia esset simonia. gl. & Abb. in c. ex parte, nu. 4. de off. deleg. & in c. cum vniuersorum, num. 5. de re perm. nisi fieret in manibus Papæ secundum stylum curiæ a multis seculis serua-

BENEFICIORVM RESIGNATIONES. 111

tum, a quo tamen cœpit recedere Gre. xiiij. qui permisit, vt vna cum renunciatio-
ne vnus præfentetur petitio alterius, cui renunciatus vellet conferri. Nauar. in
man. confic. 23. sub nu. 107.

Sed postea Pius V. suspendit facultates, & auctoritates conferendi beneficia
per resignationem, seu permutationem vacantia in manibus quorumcunque or-
dinatorum vt patet ex eius constitutione publicata Romæ die Augusti 1657. In-
cip. Officium credita fol. 992. in Bullario.

Deinde Pius V. relaxauit supradictam prohibitionem de non admittendis
resignationibus per ordinarios cum modificationibus vt ex altera eius constitu-
tione publicata Romæ die 10. Aprilis 1568. fol. 1014. Incip. Quanta ecclesia Dei
incommoda præallegata duæ Constitutiones Pii V. sunt sequentis tenoris.

*Bulla Eiusdem S. D. N. Pii. Pape V. Relaxationis prohibitionis de non admitten-
dis Resignationibus per Ordinarios, cum modificationibus.*

OFFICIUM credita nobis administrationis exposcit, vt non solum corri-
gamus ea, quæ perperam attentantur, verum etiam ne in futurum illa contra ec-
clesiasticam puritatem attentari possint, debita animaduersione prouideamus. Sa-
ne cum, sicut accepimus, in resignationibus, & permutationibus quæ tam apud
Sedem Apostolicam, quam in partibus in Ordinariis manibus fiunt, quam-
plurimi abusus itreperint, Nos volentes huiusmodi abusus ab Ecclesia Dei tol-
lere, & futuris resignationum, & permutationum admissiõibus eam normam
præscribere, qua sanctuarium Dei hominum pactiõibus tradi non possit, ac vt
omnis simoniae labe, & fraudis suspicio, in beneficiorum ecclesiasticorum prou-
isionibus absit, decernimus supplicationes beneficiorum quorumcunque resigna-
tionum, seu permutationem continentem, donec per nos illarum admittendarum
modus præscriptus fuerit, vltius non per modernos, & pro tempore existentes
Cardinales, & alios signaturæ nostræ gratia præfectos, vt antea, sed per nos tan-
tum, manu nostra signari debere. Et ne, dum præmissis occurrere intendimus, &
a signaturæ nostræ præfectis ab illis abstinendum censuimus, locorum Ordina-
rii, ceterique beneficiorum ecclesiasticorum inferiores Collatores præfati, vt an-
tea a plerisque eorum factum esse audiimus, ita se fiducialiter cum iis, qui in eo-
rum manibus beneficia ecclesiastica resignant, vt non nisi illis, quos ipsi nomi-
nauerint, aut pro quibus intercesserint ea conferant, & de eis prouideant, vel di-
sponant, ac quos ecclesia plus posse cognoscunt, negligant, & cõtemnant, Aposto-
lica auctoritate, ac de Apostolica potestatis plenitudine, hac nostra Cõstitutione
omnibus, & singulis dilectis filiis nostris, & Sedis Apostolicæ Legatis, Nunciis,
ac venerabilibus fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, ac
quorumuis Cathedralium, & collegiarum ecclesiarum Capitulis, Abbatibus, ce-
terisque aliis quorumuis beneficiorum ecclesiasticorum quomodocunque quali-
ficatorum inferioribus Collatoribus, ad quos de iure, vel consuetudine eorun-
dem beneficiorum resignationes, seu permutationes admittendi facultas spectat,
& pertinet, quacunque dignitatis prærogatiua etiam Cardinalatus honore fol-
gentibus prohibemus, ne posthac, donec debitus modus, vt præmittitur, statu-
tur, ac decernatur, quorumuis beneficiorum ecclesiasticorum, tam secularium quàm
quorumuis ordinum regularium, qualitercunque qualificatorum, etiam si iuris-
patronatus, & ad quorumuis præsentationem, nominationem, electionem, &
quacunque aliam dispositionem pertineant, resignationes, seu permutationes reci-
piant

piant, vel admittant, neque beneficia eadem tamquam per resignationem vacantia, quibusvis personis conferant, vel de eis provideant, aut quomodolibet disponant. Non enim beneficiorum præfatorum collationes, aut quasvis alias dispositiones per eosdem factas, nullas, irritas, & inanes, nullumque ius, aut titulum etiam coloratum, tam in petitorio, quam possessorio prouisis tribuere, ac ipsos sic prouisos ad eadem beneficia ecclesiastica obtinenda perpetuo inhabiles fore, & esse: Ac omnes, & singulos Collatores præfatos, in collatione, prouisione, & dispensatione beneficiorum, in eorum manibus sic resignatorum, quouis prætextu etiam deuolutionis vacantium, se intromittere nullatenus posse, beneficiaque præfata tanquam vere vacantia, per nos, & Sedem apostolicam, & quouis eorundem Collatorum in quorum manibus, contra huiusmodi nostram prohibitionem, resignationes, seu permutationes factæ fuerint, Superiores, nullo alio deuolutionis ordine seruato, sed quod locus sit præuentioni, conferri, & de iis prouideri, ac disponi libere, & licite posse: Et sic per quoscunque Iudices, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuiuslibet quouis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari & diffiniri debere, ac irritum & inane si secus super iis a quoquam quouis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, statuimus atque decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinamentis Apostolicis, etiã iuramento, confirmatione Apostolica, vel quouis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, quibusvis in genere, vel in specie quomodolibet concessis, confirmatis, & sæpius innouatis, quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua mentio habenda esset, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Ceterum quia difficile foret præsentibus literas ad singula quæque loca, in quibus opus, fuerit, deferri, Volumus etiam decernimus, quod præsentium transumptis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ; quodque literæ ipsæ in Cancellaria Apostolica publicentur, ac omnes ita afficiant, & arcuant, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, statuti, derogationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, sexto Idus Augusti, Pontificatus nostri anno secundo.

B. Cyrillus.

H. Cumyn.

Registrata in Secretaria Apostolica.

Lectæ, & publicatæ fuerunt retroscriptæ literæ Romæ in Cancellaria apostolica, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septimo, Die vero Lunæ xvij. Mensis Augusti. Pontificatus Sanctiss. D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. anno secundo,

Bulla

Bulla S. D. N. Pij Papæ V. Relaxationis prohibitionis de non admittendis Resignationibus per Ordinarios, cum modificationibus.

Pius Episcopus servus servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam,

QUANTA Ecclesia Dei incommoda omni tempore attulerit, & nunc quotidie magis afferat ministrorum in eam ingressio vitiosa, tam late perspiciant, & cum mœrore expendant Præsules omnes, & pastores, quando hæc perniciosæ tetarum omnium maxima, tam multas orbis Ecclesias impie violarit. Quia vero hoc malum cum in ceteris frequens, tum maxime in beneficiorum, & officiorum ecclesiasticorum dimissione admittitur, nemini molestum esse debet, quod pridem de reprimendis quotidianis fraudibus, quæ hac in re frequentiores internoscuntur, certam aliquam rationem tandem inveniuri, officij nostri partes in prohibenda omnibus interim resignationum huiusmodi receptione paulo severius interposuerimus, omnesque beneficiorum interim resignandorum dispositiones quæ fierent, in irritum revocaverimus, ac etiam decreverimus nullum per eas in illis ius, neque titulum, vel coloratum tam in petitorio, quam in possessorio ipsis prouisis tribuere, quin etiam eos ad illa deinceps obtinenda perpetuo inhabiles fore; Collatores vero alias in illorum dispositione etiam tanquam deuolutionis iure sese interponere non posse, sed de eis ut vere vacantibus, siue per Rom. Pont. siue alios collatorum eorundem superiores, ut præuentum esset, libere prouideri. Nunc autem intendentes institutum hoc nostrum, quo sanctuarium Domini cupimus illibatum auctore Domino persequi, ac simul quantum in nobis est cauere, ne resignationes ipsæ dehinc pro cuiusque arbitrio, nullisque vel certe leuibus causis passim, & temere admittantur, Prohibitionem, & alia prædicta ac cetera omnia nostris super his literis contenta eatenus relaxamus, ut posthac Episcopi, & alij facultatem habentes eorum duntaxat resignationes recipere, & admittere possint, quæ aut senio cōfecti, aut ualitudinarij, aut corpore impediti, vel vitiat, aut crimini obnoxij, censurisque ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent ecclesiæ, vel beneficio interuire, seu qui vnum aliud vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri, Religionem quoque ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim postea id re ipsa exequantur, denique cū quis ex alijs causis acciderit, qui constitutione felicis recordationis Innocentij Papæ iij. de dimittendis cathedralibus ecclesijs, edita continentur, Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt vel non audeat in loco beneficij rehære secuti. Sed nec horum ullus sacro ordini mancipatus, nisi religionem ingressurus valeat villo modo beneficium, vel officium ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit, quo in vita possit commode sustentari. Ad hæc beneficiorum, & officiorum permutationes admittere, quæ Canonice sanctionibus, & Apostolicis constitutionibus permittuntur. Caueant autem Episcopi, & alij prædicti, itemque omnes electores, præsentatores, & patroni tam ecclesiastici, quam laici quicumque sint, ne verbo quidem, aut nutu, vel signo futuri in huiusmodi beneficijs, & officijs successores, ab ipsis resignantibus, aut alijs eorum significatione vel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscunque intercedat. Ceterum præcipimus, atque interdicens, ne ipsi Episcopi, aut alij collatores de beneficijs, & officijs, resignandis prædictis, aut suis, aut admittentium consanguineis, affinis, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in

H extra-

extraneos collationum audeant prouidere, quod si secus, ac etiam quicquid prae-
ter vel contra formam praedictorum fuerit: a quocunque temere attentatum, id
totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere. Qui vero contra fece-
rint, ut in eo quo deliquerint puniatur, a beneficiorum, & officiorum collatione,
nec non electione, praesentatione, confirmatione, & institutione prout cuique com-
petierit, adiu suspensi remaneant, donec remissionem a Romano Pontifice me-
ruerint obtinere, & qui talia beneficia seu officia receperint, eos praedictis penis vo-
lumus subiaccere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensi conferre, eligere, praesen-
tare, confirmare, vel instituere aut fuerint, excommunicationis quo ad personas,
quo vero ad capitula, & conuentus a diuinis suspensionis sententias ipso facto pro-
mulgamus: quibus etiam nullus aliud quam ipse Romanus Pontifex siue absolutio-
nis, siue relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impernre. Prohibi-
tiones, & literis nostris praedictis nihilominus in ceteris omnibus perpetuo vali-
turis. Non obstantibus quibuscunque priuilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis
generalibus, & specialibus quibuscunque; Episcopis, & aliis superioribus, ac inferiori-
bus ecclesiarum praelatis, nec non Ecclesiis, Monasteriis, & Capitulis, Conuenti-
bus, Collegiis, & vniuersitatibus, eorumque, & aliis personis etiam Regia, & Im-
periali maiestate praeditis sub quacunque verborum forma, & conceptione conce-
sis, per quae effectus praesentium impediri posset, quomodocunque vel differri, et
de eis ipsorumque totis tenoribus ad verbum, ac de propriis nominibus eorum,
nec non Ecclesiis, Monasteriis, locis, ordinibus, & dignitatibus de quibus nec non
causis propter quas illa concessa sunt, specialiter & expressam praesentibus fieri oport-
teret mentionum. Ceterum iubemus easdem praesentes ad valuas Basilicae Princi-
pis Apostolorum de vrbe, & in acie Campi Florae publicatae, & earum exempla affi-
gi, volumusque eas sic publicatas omnes & singulos perinde afficere, & obligare,
ac, si illis ipsis fuissent singulariter intimatae: exemplis quoque praedictis etiam im-
pressis, manuque Notarii publici, & sigillo praelati ecclesiastici vel eius curiae obli-
gnatis, eandem prorsus fide adhiberi, quae ipsis praesentibus si forent exhibitae vel
oltenfae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae relaxationis,
praecipii, interdicti, decreti, promulgationis, iussionis, & voluntatis infringere, vel
ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignatio-
nem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit
incursum. Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Domi-
nicae millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, Kl. Aprilis, Pontificatus No-
stri Anno Tertio.

Ca. Glorierius:

H. Cumyn.

Registrata apud Caesarem Secretarium.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, In-
dictione vndecima, die vero decima mensis Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in
Christo Patris, & D. N. D. Pii dinina prouidentia Papa Quinti, anno Tertio, Re-
troscriptae literae Apostolicae, affixae, & publicatae fuerunt ad valuas Basilicae Princi-
pis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Florae dimissis, ibidem eorundem ex-
emplis affixis per nos Iulium Parinum, & Ioan. Andream Panizzam praelibati San-
ctissimi D. N. Papae Cursores.

Bartholomaeus Sottocasa Magister Curforum.

ROMÆ, Apud Haeredes Antonij Bladj Impressores Camerales.

Post

Post hac Episcopi, & alij facultatem habentes eorum duntaxat resignationes recipere, & admittere possint, qui aut senio confecti, aut valetudinary aut corpore impediti, vel vitiosi, aut crimini obnoxij, censurisq; ecclesiasticis irriteriti, aut nequeunt, aut non debent ecclesia, vel beneficio inseruire, qui vnum aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri. Religionem quoque ingressuri vel matrimonium contracturi si statim postea id re ipsa exequantur. denique cum quis ex alijs casibus acciderit, qui constitutione fel. recon. Innocentij Papa iij. de dimittendis cathedralibus ecclesijs edita continentur. Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij residere securi, Sed nec horum vllus sacro ordini mancipatus, nisi religionem ingressurus valeat vllomodo beneficium, vel officium ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit quo in vita possit commode sustentari. Ad hec beneficiorum, & officiorum permutationes admittere que canonicis sanctionibus & Apostolicis constitutionibus, permittuntur. Caueant autem episcopi, & alij predicti, Itemq; omnes electores, presentatores, & patrom tam ecclesiastici quam laici, quicumq; sint, ne verbo quidem aut nutu, vel signo futuri in huiusmodi beneficijs & officijs successores ab ipsius resignantibus, aut alijs eorum significatione vel hortatu designatur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscunq; intercedat.

Ceterum precipimus atq; interdiciamus ne ipsi episcopi, aut alij collatores de beneficijs & officijs resignandis predictis, aut suis aut admittentium consanguineis, affiniibus, vel familiaribus etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum, audeant prouidere: quod si secus, ac etiam quicquid prater, vel contra formam predictorum fuerit a quocunq; timore attentatum, id totum ex nunc vires & effectum decernimus non habere.

Qui vero contrafecerint vt in eo quo deliquerint puniantur a beneficiorum, & officiorum collatione, nec non electione, presentatione, confirmatione, & institutione prout cuique competierit tamdiu suspensi remaneant, donec remissionem a Ro. Pont. meruerint obtinere. & qui talia beneficia, seu officia receperint, eos predictis penis volumus subiaccere. Et nihilominus in eos qui sic suspensi conferre, eligere, presentare, confirmare vel instituire ausi fuerint, excomm. quo ad personas, quo uero ad Capitula, & conuentus a diuinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus, quibus nullus alius quam ipse Rom. Ponti. siue absolutionis, siue relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeant impartire, prohibitione, & literis nostris predictis nihilominus in ceteris omnibus perpetuo valituris. Non obstantib; &c.

Hac Constitutio latissime declaratur per Parisium in tract. de resigna. benefi. par. 1. lib. 5. q. 6.

Decreto Conc. Trid. sess. 21. c. 2. de reform. prouisum est, quod ordinatus ad titulum beneficij, illud resignare non potest, nisi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum sit promotus, neq; ea resignatio admittatur, nisi constituto, quod al unde viuere commode possit, & aliter facta resignatio nulla sit.

AD maiorem dilucidationem Bullæ Pij V. relatæ in fol. 104 sciendum est extare de clarificationem, quam ex authentico habuimus, videlicet. Nos Hieronymus tit. Sancti Pancratij S. R. E. presbyter Cardin. Matthæius Fidem facimus, & attestamus in libris Sacræ Congregationis Concilij, qui apud nos asseruantur, adnotatum esse, quod fel. recon. Greg. XIII. declarauit beneficia iuris patronatus non comprehen-

di in §. ceterum, contento in Constitutione sanctæ mem. Tij V. relaxante prohibitionem de non admittendis resignationib. quo §. prohibetur Episcopi beneficia in eorum manibus resignata eorum, aut resignantium affinibus, consanguineis, vel familiaribus conferre.

Hieron Card. Matthæius.

Locus sigilli.

Quæ fides facta fuit ad requisitionem Reuerendissimi Archiepiscopi Salernitani.

ADDITIONO. Recolligendo huiusmodi causas, ex quibus Ordinarij possunt beneficiorum resignationes admittere. Prima est quando beneficiatus volens resignare est senex, & quisnam dicatur senex, comm. opinio est hoc remitti iudicis arbitrio considerata qualitate personarum propter complexionum diuersitatem, vt per Menoch. de arb. iud. casu 59. Paris loco superius allegato nu. 7.

Secunda causa est infirmitas volentis resignare beneficium quis autem dicatur valetudinarius comm. Doctorum sententia est hoc etiam iudicis arbitrio relinquere. Menoch de arbitr. iud. cas. 60. esset talis in terminis nostris, qui ab aliquo malo corporis effectu adeo frequenter vexatur, quod non possit muneri sibi iniuncto satisfacere. Paris. ibidem nu. 12.

Tertia causa est quando beneficiatus est corpore impeditus & impedimentum esset tale vt non possit prestare id ad quod tenetur vel alias ipsi Ordinario videretur esse sufficiens. Paris. vbi supra nu. 32. qui hoc superius exemplificat in octo morborum generibus videlicet in leproso, in scabioso herculeo, in paralytico, in apoplectico, in habente morbum comitiale, in lunatico, in laborante morbo gallico producente vlcera per corpus, in habente manus tremulas, vel chiragram continuam, quorum morborum generalitate explicat Maiol. de irregul. lib. 2. c. 15. 16. 18. 19. & 24.

Quarta causa est quando beneficiatus est corpore vitiatu, vbi Paris. nu. 26. vsq; 54. exemplificat in sex corporis deformitatibus. scilicet in cæco, in claudo, in habente pedem fractum cum magna deformitate, in habente manum mutilam, vel articulas manus ad vtendum inefficaces, in habente crus penitus abscissum, aut adeo contractum vt liguo pede sit opus, in gibboso, & tandem secundum eum in diminuto qualibet parte corporis notabili, quos defectus fusijs prosequitur Maiol. de irregul. lib. 1. c. 14. 19. & quæ sit ratio huius Constitutionis in hac parte, vide per Paul. Fusc. in tract. de visitat. lib. 2. cap. 28. numer. 18. accedit etiam quia aliquando hi diuini ministerijs tractandis impotentes sunt, ideoq; recta ratione constitutum fuisse tradit Menoch de arb. iud. cas. 226.

Quinta causa est si beneficiatus est crimini obnoxius, vbi Paris. nu. 58. exemplificat in casibus in quibus ob crimen commissum venerit beneficio priuandus, videlicet in homicida, in simoniaco, in adultero, in concubinario qui post admonitionem non resipiscit, in sustinente excommunicationem per annum, in periuro, & in blasphemio. & ratio huius Constitutionis in hac parte erit, quia ad eorum priuationem etiam iura conueniunt, quæ assignare videtur Fusc. de visitat. l. 22. c. 28. nu. 25.

Quæstio tamen est an isti criminosi inquisitione pendente, quando in sententia ex deductis uenirent priuandi beneficijs, possint illa resignare tam coram Papa, quam coram Ordinario. R. quod simpliciter possunt etiam post receptas probationes & conclusum in causa c. dudum. el. 2. in fin. & vbi Doct. de elect. Rebuff. in praxi in tit. de mod. amitt. benef. nisi Boer. decis. 206. num. 3. modo siat mentio criminis & processus incepti, nisi crimen illud renunctantem indignum non redderet. Paris. in d. tract. de resignat. benef. tom. 1. lib. 3. q. 16. nu. 23. quod amplia etiam pendente appellatione

pellatione a sententia priuationis. cuius ratio erit quia sententia non priuat sine executione per text. in l. qui a latronibus. §. vlt ff. de testamen. que per appellationem suspenditur. Lap. alleg. 2. modo fiat mentio priuationis secundum veriore[m] & tutiorem opinionem. Paris. in d. quæst. num. 23. Ad fauorem autem alterius non possunt in duobus casibus. Primus postquam est conclusum in causa ita vt nihil restet nisi proferenda sententia, & est comm. opinio referente Paris. in ead. q. 16. sub nu. 46. & rationem assignante, quia tunc renunciatio indicatur dolosa, & malitiosa, & sic elideretur iudicium arg. text. in c. 2. de renunc. in 6. Secundus casus est postquam tales inquisiti sciuerint impetrationem factam a tertio decorum beneficijs in euentum priuationis. Boer. decis. 205. nu. 8. Lancellot. de attentat. c. 5. nu. 10. censetur enim facta in fraudem, & præiudicium impetrantis cui est ius quesitum ad illa beneficia de quorum vacatione speratur. c. si postquam, de præb. in 6. c. fin. de cōcess. præb. eod. lib. huiusq; impetrationis in hoc casu communem, quotidianam praxim insinuat. Paris. in d. q. 16. num. 37.

Huius occasione quæro An ob delictum occultum ob quod quis esset beneficio priuandus possit ipse criminofus beneficium tuta conscientia retinere, an vero illud resignare teneatur. R. quod non tenetur resignare, cum nemo teneatur penam exequi contra se ipsum, & pena etiam ipso iure statuta in foro conscientie locum non habeat glos. cōmuniter recepta in c. fraternitatis. 12. q. 2. Couar. notab. in 4 lib. decret. part. 3. §. 8. nu. 10. cum suis extensionib. Nau. in man. conf. cap. 23. num. 66. & seq. limita nisi initium esset vitiosum, quale esset ingressus simoniacus, intrusio in beneficio cap. eum qui, de præben. in 6. & ibi Gemin. & similia secundo limita nisi a iure addatur. vt etiam in foro conscientie non possit illud retinere pro hoc habeo tex. Concil. Trid. loquentem de fructibus beneficij pro rata temporis absentie non retinendis tuta conscientia alia etiam declaratione non secuta. sess. 23. de refor. c. 1. vers. si quis autem. Tertio limita si ab ipso iure declaratur inhabilis ad illud obtinendum vt in eod. Conc. Trid. sess. 25. de ref. cap. 14. ceterisque constitutionibus hac verborum forma loquentibus.

Rursus quæro. Quomodo sit intelligenda priuatio beneficij propter crimen ipso iure a canone facta. R. vt non aliter sortiatur effectum nisi prius per sententiam a iudice declaratur ipsum reum illius criminis esse culpabilem per text. in capit. cum secundum leges. de heret. in 6. & per regulam generalem. quam in hoc facit Ioan. Andreas in cap. 1. nu. 10. de homic. in 6. Gomez. in reg. de ann. possessore quæstion. 52. & dictum fuit satis netabiliter supra in verbo Alienatio sub num. 49. amplia etiam si crimen esset notorium & eius author. prout indistincte ten. Couar. dicens quod ita praxis recepisse videtur in repet. capit. alma mater. de sent. excom. in 6. par. 1. §. 2. nume. 9. in fin. intelligendo ante declarationem posse conferri beneficium tanquam ipso iure vacans, licet non possit possessio auferri ab ipso possidente donec lata sit sententia declaratoria secundum Rip. in cap. sepe. de restit. spoliat. colu. pen. faciunt dicta per Nauar. conf. 12. de heret. in antiq. limita vt hoc non procedat cum contrarij consistet de mente legislatoris, & quando priuatio beneficij non imponitur proprie vt pena sed vt quadam conditio vel modus rei tradite vt in terminis c. licet canon. de elect. in 6. Nau. in man. conf. c. 25. num. 118.

Quid si in sententia condemnatoria super crimine lata nil fuerit dictum de priuatione beneficij. R. quod nisi hoc in ea exprimat ipse criminofus non est priuatus beneficio Rebuff. in prax. de modo amitt. benef. nu. 64. & ex com. opinio testante Paris. in suprad. q. 16. num. 30. limita nisi tale esset crimen. per quod ipso iure & ipso facto, id est simul atq; commissū est crimen beneficij priuatio irrogetur. Abb. in c.

inter dilectos. de excessu pralat. prope fin. & quoties canon utitur verbis executione denotantibus. de quibus late Felin. in capit. Rodulphus. de rescript. tunc enim sufficit pronunciarum reum illud crimen incurrisse ut locus sit pœne priuationis beneficii quæ & si non exprimat in sententia. intelligitur posita auctoritate iuris per tex. in l. 1. ff. ad Turpil. & colligitur ex dictis Gem. in c. 1. § sacri. de homicid. in 6. Diaz in pract. crim. 123. in verbo Beneficiis priuari.

An autem clericus criminofus beneficio priuatus teneatur ad restitutionem fructuum a die perpetrati criminis vide Felin. in capitu de quarta num. 32. de prescript. Diaz loc. prox. cit. Cou. in 4. l. decret. de sponsal. par. 2. c. 6. §. 7. nu. 8 & 8. Bo dec. 98.

Denique sciendum indices causarum criminalium concernentium priuationem beneficiorum; eorumque affines. & familiares non posse beneficia illa impetrare ex Bulla 20. Pij 4. incip. Cupientes & c. relata infra in ver. Beneficiorum priuatio.

Sexta causa est quoties beneficiatus esset censuris ecclesiastici irretitus de quibus in c. quarenti. de verb. signif.

Septima causa est quando beneficiatus nequit ecclesiæ siue beneficio in seruire. & exemplificat Paris num. 93. in quolibet irregulari. clerico bannito. in demoniaco. & in muto effecto. de quibus vltimis plene loquitur Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 26. & lib. 2. cap. 15. in qua septima causa includit etiam illos qui. & si possint non tamen debent ecclesiæ sine beneficio in seruire sub quo capite comprehenduntur primo clerici turpiter & scandalose viuentes secundo lunatici. item patientes stomachi languorem. & sic vomitum. de quo etiam per Maiol. lib. 1. cap. 27. Item illiterati de quibus habetur in Concil. Trid. sess. 21. de ref. c. 6. idque propter scandalum quod dant in ipso seruitio ad quod sunt obligati & vltimo secundum eum num. 105. continentur habentes morbum caducum.

Octaua causa ex qua Ordinarij possunt recipere resignationem beneficiorum. est quando beneficiatus vnum aliud. aut plura obtinuerit beneficia. quod prohibetur per decretum Conc. Trid. sess. 24. de refor. capitu. 17. quando vnum est sufficiens ad congruam sustentationem ratione in eodem text. assignata in verbis illis cum ecclesiasticus ordo & c. ab eodem Paris declarata num. 116. aliasque rationes tradit Alph. Hoied. in tract. de incompatib. benef. par. 1. c. 19. nume. 2. qui doctores asserunt contrascentes mortaliter peccare iuxta glos. quam celeberrimam. & ad hoc receptam inquit Nauar. in Miscellan. 62. de orat. numer. 1. & in consil. 26. de prab. in antiq. in cap. dudum. el. 2. in ver. retinere de elect. idque amplia ut non excuset comm. obseruantia in contrarium etiam si esset temporis immorabilis ex alleg. per Paris. num. 119. cum seqq. & per Hoied. in d. capitul. 19. numero 9. limita nisi in hoc cum aliquo adesset dispensatio ex rationibus adductis per eum. Paris. in eodem loco nume. 125. & per Hoied. d. num. 9. & tunc an dispensatus in hoc sine rationali causa sit tutus quo ad Deum. comm. sententia est quod non. teste Couar. lib. 4. de sponsal. part. 2. c. 6. §. 9. nume. 9. in quam etiam descendit Abb. in c. extn. pandæ §. qui. vero. nu. 43. de prab. & pradicti Doctores confirmant. Et qua pesseret esse iusta causa illa retinendi. & etiam dispensandi vide Nauar. in man. conf. cap. 25. sub nu. 128. & 129. & in consil. 1. de Constitut. in antiq. sub num. 40. Quod autem dicatur beneficium sufficiens ad congruam sustentationem iuxta mentem dicti Concilij. quia hoc non est a iure definitum. & sub certa regula comprehendendi non potest. cum illud quod respectu vnius dicitur magnum respectu alterius dicitur paruum. vera. & recepta sententia est referente Par. ibidem numero 132. hoc relinqui arbitrio iudicis paulo plus. vel minus aslimandum per reg. l. ff. de iure delib. & c. de causis. §. illis etiam. de off. deleg. consideratis considerandis. qualitate personarum. locorum. & rerum.

porum, de quibus præter Nauar. loco citat. latissime habetur per Paris. & Hoied. in locis præalleg. Et an in iudicanda beneficii sufficientia debeat haberi ratio bonorum patrimonialium ipsius beneficiarii R. negatiue stante commun. opinione que se habet posse clericum conseruare proprium patrimonium eiusque fructus, & beneficijs, reditus in proprios vsus impendere in quam sententiam præter alios cõsentiant Innocen. & Abb in c. episcopus. de præb. Felin in cap. postulasti de rescript. Francisc Sarmen in tract. de re dit. eccles. par. 1. cap. 1. num. 18. Couar. in capitul. 1. num. 2. de testam. Nauar. in apolo. lib. de re dit. eccles. quæst. 1. monit. 30. eamque post responsiones ad aliquas obiectiones, quibus commun. hæc sententia improbat, firmat Alphons Hoied in d. cap. 19. num. 45. In quo animaduertendum differentiam esse, an quis possit honeste, & sic sine penuria viuere, & an possit decenter, & commode viuere, iuxta glos. notab. in capit. 1. §. sane. vers. absque penuria, vbi Franc. & Gemin. de stat. regul. in 6. quam etiam sequitur Panor. in cap. 1. num. 4. de institut. & in cap. postulasti, notab. 2. de rescript. ipsamque solennè in hoc prædicat. Nauar. in d. Miscellan. 62. numero 8. asserens illud dici sufficere ad viuendum honeste alicui quod sufficit ad viuendum ita vt non cogatur mendicare, & secundum huc intellectum ex mente ipsius Nauar. loc. citat. ad effectum vt quis possit ad ordines sacros promoveri ex disp. Concil. Trident. sess. 21. de ref. capitul. 12. beneficium 30. aureorum communiter ad honeste viuendum pro sufficienti haberi, non autem ad commode & decenter viuendum secundum terminos in quibus loquimur. idem confirmat Paris. vbi supra nu. 155.

Circa renunciationem beneficii, ad cuius titulum quis est promotus, qua ratione exprimi debeant illa duæ qualitates de quib. in Concilio vide per Paris. in d. tract. to. 1. lib. 2. q. 6. num. 38. cum seq. Et quid si Ordinarius admiserit huiusmodi renunciationem contra formam decreti Concil. Trident. R. a sacra Congreg. eiusdem Concil. resolutum fuisse referente eodem Paris. in proxime alleg. quæst. 6. sub num. 41. non posse prædictum Ordinarium eidem resignanti beneficium, illud iam resignatum restitue re collationeque inde factam tenere, ipsumq; Ordinarium teneri de proprio resignanti vitæ necessaria subministrare iuxta disp. capitul. Episcopus. de præb. illud autem non procedere in permutatione æquivalenti eadem Congregatio censuit. Quid autem si quis ad tit. cuiusdam beneficii ad sacros ordines promotus, & nihil aliud habens vnde viuere posset illud renunciauerit reseruata sibi pensione centum ducatorum nulla facta mentione quod ad titulum illius beneficii sit ordinatus, num. talis resignatio sit valida stante supra d. Concilij decreto vide Nauar. ad partem affirmatiuam inclinantem ratione vt ibi per eum cons. 23. de præb. in ant. q.

Nonna causa est, quando contingeret beneficiatum ad aliud beneficium promoueri quo casu talis resignatio non tam dicitur fieri propria voluntate quam ex necessitate per tex. in c. de multa de præb. & in extrauag. Execrabilis vers. Qui vero deinceps, eod. titul. inter communes. Hinc incidenter quæro An, & quando per asecutionem alterius beneficii ipso iure vacet primum. In quo Prima fit conclusio quod Quan- habens beneficium curatum si aliud curatum obtineat, ipso iure vacat primum vt do per in iuribus præalleg. & in cap. cum singula. de præb. in 6. cum alys concord. Diaz. in afsecu- sua præct. cum capit. 42. ver. Beneficia plura possident, quia per disp. Concil. Trident. tionem sess. 7. de ref. c. 4. & sess. 24. de ref. cap. 17. incompatibilia iudicantur, eritque ratio; rius be- clarum est enim in illis personalem residentiam esse necessariam, cap. quia nonnulli. neficij de cler. non resid. cum similibus, & impossibile est, quem vno eodemque tempore in vacet diuersis ecclesijs residere posse Lap. alleg. 116. numer. 3. & cum regimen ac cura ani marum marum sit ars artium capit. cum sit ars. de etat. & qual. Rebuff. in præx. in titul. de primu.

non residen. num. 20 ideoque in hoc videtur electa industria persona & non potest regulariter per Vicarium deseruire art. ex. in l. inter artifices. ff. de solut. cap. fin. §. 1. de offic. deleg. cap. is cui eod. tit. in 6 Abb. in c. extirpanda. §. qui vero, de præb. Quod vero non intelligatur procedere per solam gratia impetrationem ad secundum beneficium, sed post obtentam pacificam ipsius possessionem clem. gratia ubi Card. Zabara quest. 12. de rescript. vel si acceptata collatione per eum steterit, quo minus ipsam haberet. cap. comissa de elect. in 6. & primum intelligitur vacare ipso iure sic tamen ut eius possessio alteri tradi non possint, nisi vocato primo possessore c. licet episcopus. de præb. in 6. quæ verba ipso iure in eo quod attinet ad hoc propositum pulchre declarat Greg. Tolos. in institut. nou. rei beneficiar. cap. 25. num. 1. 2. & 3. Amplia hoc adeo esse verum quod etiam post obtentam pacificam possessionem alterius beneficii incompatibilis in quo quis iuste putabat sibi ius eo esse quasiu & vere non erat ut in hoc casu primum non vacet, & poterit ad illud redire absq; nouo titulo, & collatione. Nauar. in conf. 31. num. 3. de præb. in antiq. per tex. in ca. si beneficii. de præb. in 6. Secundo amplia quoties non posset fructus secundi beneficii percipere eo quod alteri ex aliqua causa debeantur, tunc enim non censetur vacare primum cap. si tibi concessio ubi Gemin. & Franc. de præb. in 6. Quæ vero dicatur pacifica possessio, vide glo. & ibi Doct. in d. cap. commissam in ver. pacificam Cassad. decis. 9. de caus. posses. & propr. Mascard. singulariter in proprijs terminis loquentem de probat. conclus. 183. Limita & primum ut licite possit quis duo beneficia curata obtinere quando vnum ab altero legitime dependet capi. super eo. ubi glos. & Franc. de præb. in 6. cap. eam te, de atat. & qual. glos. in cap. dudum. el. 2. in uer. intitutam de elect. & ratio huius compatibilitatis est, tum quia beneficium per unionem amittit nomen beneficii & desinit esse per Oldrad. consi. 257. num. 15. & 18. (Cassad. decis. 13. super reg. Cancel. tum quia in ecclesia annexa non tenetur quis residere in qua poterit per vicarium deseruire. cap. extirpanda §. qui uero, de præb. Mandos. in addit. fin. ad Lap. alleg. 35. Secundo limita quando quis haberet unum beneficium curatum in titulum, & aliud in commendam, cap. qui plures. 21. quest. 1. d. cap. dudum. ubi glos. Rebuff. in prax. in tit. de commendam. num. 4. intelligendo de beneficio ad tempus commendato, & si ecclesia est parochialis non ultra sex menses. c. nemo deinceps. de elect. in 6. secus uero in perpetuum 1. ad uitam illius cui conceditur quia hoc equiparatur beneficio dato in titulum. Gomes. in reg. de insir. resign. q. 13. in fin. Nauar. in man. conf. c. 25. num. 126. & in conf. 1. num. 39. de constit. in antiq. Verum in hoc Alphons. Hoied. in tract. de benef. compatib. par. 2. cap. 4. num. 18. resolutiue tenet quod etiam attento iure nouissimo Conc. Frid. sess. 7. de ref. cap. 4. licitum sit habere duo beneficia curata, vnum in titulum, & alterum in commendam perpetuam, declarando primo dummodo illa concessio beneficii curati in commendam perpetuam simile habenti fiat a Papa, non autem ab Episcopo & ita ait intelligendum esse Nauar. d. cap. 25. num. 126. Secundo eo quod ex verbis Conc. Frid. in d. cap. 4. clare pateat nolle prohibere pluralitatem duorum beneficiorum s. vnius in titulum & alterius in commendam perpetuam, sed solummodo pluralitatem duorum beneficiorum collatorum per uiam commende siue perpetue siue temporalis, & quod comenda nostri temporis hodie semper fiant in perpetuum ad utilitatem commendatariorum asserit. Paris. de resign. benef. lib. 1. q. 5. nu. 40. Tertio limita si de duob. beneficijs curatis, alterum esset habitu, & potentia curatum, & non actu quia istud non cadit sub dispositione in iurum supra alleg. Abb. in d. c. de multa. sub nu. 42. rationibus ut ibi per eum Io. Sylua in tract. de benef. 3. par. qu. 42. Staphil. de lit. grat. titu. de qual. & stat. benef. num. 20. & est commun. opin. ut per Benedic. Capra

Capra in tracta. regul. & fallent. regul. 90 num. 74. cum seq. esset enim tale quando tunc temporis ex defectu Parochianorum non posset cura exerceri, ut quia occasione pestis, vel timore hostilitatis, vel alia de illo loco parochiani recesserunt transferentes se ad alienas parochias glo. in cap. licet canon. in ver. parochialis de elect. lib. 6. & firmat Nauar. in alio proposito in cons. 4. de prab. in antiq. declarando nisi postea per reuersionem ipsorum parochianorum ad desertam parochiam illud beneficium ad actum cura reducat, quia tunc cessaret compatibilitas, & tenetur ipse beneficiarius infra spacium sex mensium vnum ex prefatis dimittere ex d. decreto Conc. Trid. sess. 24. c. 17. Numquid autem licite ab vno obtineri possint duo beneficia curata propter eorum tenuitatem, & insuper quid agendum erit, si hac de causa sibi concessa fuerint, & postea dicta beneficia ad pinguiorem fortunam peruenierint ira quod vnumquodque illorum per se esset sufficiens ad congruam sustentationem ipsius beneficiarii primum, & secundum tangit, & explicat Hoied. in suo tract. de benef. compatib. par. 2. c. 5. num. 4. & c. 6. 14. cum seq.

Secunda sit conclusio illud idem affirmandum in obtinente dignitatem vel personatum ut per adeptionem alterius ipso iure inducatur vacatio prima, ut clare habetur in d. c. de multa & in d. extrau. execrabilis, adeo ut nullo modo contrarium ex consuetudine introduci possit. c. 1. & ibi scribentes de consue. in 6. optimaq; ratione per dicta iura hoc est prouisum tum quia quando vni assignantur dua dignitates, vel personatus in eadem ecclesia, illud eccles. defraudatur necessario ministerio unius beneficiarii, & consequenter ex ministrorum paucitate diuini cultus diminutio fit cum potius sit augendus. c. ex parte. de const. tum quia ex eo quod quis pluralis in aliqua ecclesia uendicans sibi stipendia plurimorum contra tex. in d. c. quia nonnulli, sequitur maxima inaequalitas. s. quod alius quidem esurit alius autem ebrius est. Quam conclusionem etiam declara. ut sup. videlicet dispositioni praedictorum iurium non esse locum nisi secunda adeptio dignitatis vel personatus sit pacifica non solum de facto s. ut in possessionis apprehensione non sit in continenti deturbatus per reiectionem ab illa sed etiam de iure. s. ut non sit litigiosa dummodo in limitibus legitimae possessionis moueatur sibi sicut prout expresse habetur per A. Egid. de Bellam. decis. 596. Staph. de lite grat. tit. de qualit. & stat. benef. nu. 48. & de intellectu d. extrau. execrabilis disponens circa dimissionem verbaliter sub publico testimonio faciendam de primo beneficio curato seu dignitate coram Ordinario vide A. Egid. Bellam. conclu. 754. & Staphil. de lit. grat. tit. de var. mod. vacat. nu. 59. Quid vero iuris sit in beneficiis illorum qui sunt promoti ad episcopatum praeter. Doc. in c. cum in cunctis. & cum vero, de elect. Vide Hoied. in tract. de incompatib. benef. par. 1. capit. 4. Mandos. in reg. de benef. vacat. per promot. q. 4. Gig. de pension. quaest. 56. Paris. de resign. benef. lib. 3. q. 1. nu. 75. & infra, & Card. Simon. in tract. de benef. q. 27.

Tertia conclusio sit, Quando duo beneficia sunt vniforma & similia, & eiusdem speciei, tunc per alterius adeptionem in eodem lecto vacat primum ipso iure & literas de concess. prab. etiam si iure annexionis ad aliquam dignitatem alterum pertineret. clem. fin. de prab. Nauar. cons. 23. eod. tit. in nouis. secus uero si sint disformia. Rebuff. in prax. de dispens. rat. atat. & incompatibilia. num. 4. Franc. in d. cap. 1. de consuetud. in 6. ut esset thesauraria cum cappellania in eadem ecclesia Nauar. consil. 22. de prab. in nou. canonicatus cum dignitate idem Nauar. consil. 24. eod. tit. quae etiam habentur loco vnius Staphil. de lit. grat. fol. 12. Declaratur haec conclusio non procedere quando beneficium veniret secundario in quandam consequentiam primi beneficii ut quando quis est rector alicuius ecclesiae & percipit redditus alicuius cappellaniae in ea sita, quo casu non dicitur duplex in beneficio quia cappel-

la venit secundario arg. tex. in cap. super eo de prab in 6. Lap allg. 117. & ita declarat Felin in cap. ex parte el. 2. num. 3. de rescript. verum quo ad propositum nostrum, & ad effectum incompatibilitatis vt duo beneficia dicantur vniformia, non sufficit quod vno, & simili nomine nūcupetur, sed requiritur ut sint instituta ad vnū & eundem finem, habeantque idem prorsus officium, & onus, secus si diuersum, uel non eodem tempore explendum. Nau singulariter consil. 16. de prab. in nou. & dicuntur beneficia esse sub eodem tecto quādo sunt intra eandem ecclesiam eiusque circuitum Rebuff. in prax. de dispens. rat. etat. S. etiam si sunt sub eodem tecto. An autem in vna & eadem ecclesia possit quis duas obtinere pensiones absque dispensatione, & an dispensatus ad duo beneficia censeatur dispensatus, vt possit illa obtinere intra eandem ecclesiam quādo illud in dispensatione non exprimitur. habetur per Rebuff. loco prox. citato & late disputat vtrumque articulum Alphons. Hoied. in tract. de incompatib. benef. par. 1. c. 20.

Quarta, & vltima conclusio in presenti questione erit, quod omnia alia beneficia prater illa de quibus statuitur in d. cap. de multa. & in d. extranag. Execrabilis quamuis sint ex aliqua causa incompatibilia cum alijs non vacant ipso iure etiā post Conc. Trid. sess. 7. de ref. cap. 4. & ratio est quia nulla pœna, ipso iure incurritur nisi in casibus a iure expressis iuxta glos. pen. & memorabilem in cap. si de iure patr. alijsque rationibus firmat Nauar. in cons. 17. de prab. in nou. prout etiā censuit Rota diuersor. par. 1. decis. 484. sed datur electio ita vt teneatur illorum vnum quod maluerit relinquere c. referente, & cap. praterea, de prab. & multi effectū resultant an inducantur ipso iure beneficiorum vacatio, an vero per sententiā quos cumulat Hoieda in d. tract. p. 1. cap. 13. nu. 59 cum seq. & Gregor. Tolosan. vbi supra c. 26. nu. 13. & infra Paris. de resign. benef. lib. 3. q. 1. & ad refrenandam beneficiorum pluralitatem veluti animabus periculossima legendus est Diaz. in sua pract. crim. c. 42. in ver. Beneficia plura possident.

Decima causa est quādo clericus beneficiatus vellet religionem ingredi, aut matrimonium contrahere, dummodo statim re ipsa id exequatur & in primo casu non poterit ipse Ordinarius beneficium conferre nisi secuta professione cap. beneficium de regular. in 6. in secundo vero non sufficerent sponsalia Fusc. de visit. libro 2. c. 28. sub num. 18.

Vndecima, & vltima causa est quando beneficiatus nequit, aut non audet propter capitales inimicitias in loco beneficii securus residere. Qua autem dicatur capitalis inimicitia remittatur iudicis arbitrio Grammat. cons. 57. nu. 9. Menoch. de arbitr. iud. cas. 110. qua posset argui si ex magna causa precedente fuerit ipsius beneficiarij vitæ insidiatum, vel de vniuersa substantia controuertatur, de quibus cōturbis plene per Mascard. de probat. conclus. 899. verum an tales inimicitie sint legitima causa ut semper beneficiatus excusetur a non residendo dicitur infra in verbo Residencia.

Attamen vt renūciatio ex relatis causis ab ipsis Ordinarijs admitti possit requiritur, vt resignans si esset in sacris ordinibus constitutus, habeat aliunde vnde vitā commode sustentare possit, & ratio erit ne in opprobrium ordinis mendicare cogatur, vel sordidum aliquē questum exercere c. ad supplicationē, de ren. & habetur in Conc. Trid. sess. 21. de refor. in c. 2. in prin. quod amplia etiā si quis fuerit ordinatus ad titulum patrimonij vt Ordinarius in ipsa beneficij renūciatione debeat inspicere an ei supersit tantum, vt ipsius iudicio commode viuere possit. Paris. ibidem nu. 176. limit. an si renunciāns sit religionem ingressurus, quia tunc cessat ratio de allegata mendicitate qua exceptio in d. constitutione firmat regulā in alijs casibus non exce-

¶ *Exceptiuatis l. nam quod liquide. §. legetur. in fin. ff. de pen. leg.*

Quid si ordinarij admittant beneficiorum resignationem absq; quo adsit aliqua ex prædictis causis, num puniatur aliqua pena R. quad non, vt aduertit Paris. num. 225. sed resignatio erit nulla propter decretum irritans ibi, quod si secus & c.

Et quare Ordinarij per istam constitutionem prohibeantur beneficia ex prædictis causis resignata conferre suis, aut admittentium, seu dimittentium consanguineis, affinis, & familiaribus etiam per circuitum vt in ea continetur. R. quia si hoc facerent hæc renunciatio præsumeretur tacite, & indirecte facta ad fauorem quæ coram eis fieri non potest vt supra dictum est, & quod directe prohibetur censetur prohibitum etiam indirecte cap. cum quid vna via, de reg. iur. in 6. Quæ autem sit ratio quod resignatio ad fauorem certa persona quæ non potest fieri coram Ordinario, secus sit coram Papa, vide per Greg. Tolos in institut. nou. rei benef. cap. 28. sub num. 8.

Et quid si Ordinarij ignorantes hanc constitutionem contrauenerint conferendo huiusmodi beneficia sic resignata talibus personis prohibitis, an ligetur respectu penæ in d. constit. impositæ Resp. in praxi affirmatiuam opinionem tanquam tutiorem seruari vt etiam in casu ignorantia habeatur absolutio a Summo Pont. testate ibidem Tar. sub num. 121. se in proprijs terminis huius const. Pij V. ita vidisse obseruari.

An autem Ordinarij in Curia Romana commorantes possint huiusmodi resignationes beneficiorum recipere, & illis admissis conferre cui eis placuerit Resp. Co. uar. lib. 2. var. resol. cap. 20. sub num. 8. tenere quod non, quia ex hoc dicatur vacare in curia, & eo casu collatio palam ad Sum. Pontificem spectat cap. 2. de præb. in 6. licet communiter Episcopi referente Gommel. in reg. de non iud. iux. for. sup. adhibeant hanc cautelam in conferendo vt exeant ab vrbe ad hoc vt dicantur esse in aliena diocesi.

Pro complemento visum est insinuare quod non obstante hac constitutione prohibente, vt in huiusmodi renunciatione coram Ordinario faciendâ nec etiam nutu designari possit successor in beneficio alias collatio sit inualida. posse resignantem nutu non præcedente dimissione facta in foro conscientia rogare collatorem absque labe simonia vt conferat beneficium a se nominato, neque etiam peccare renunciâtes ea intentione, vel spe concepta quod Ordinarij conferent illud beneficium cui ipsi uolent quando nihil horum est in conuentione deductum, cum alias esset iniicere laqueum, contra tex. in cap. de uiduis. 27. q. 1. quia nix aliquis ad hoc spontanee inducitur absque prædictis. Probantur hæc per ea quæ Domini de Rota declarauerunt referente Casadoro decis. 2. de simon. & ex dictis per Nau. in man. conf. c. 23. nu. 107. & 109. & in cons. 36. & 38. de simon. in antiq.

Siendum est etiam quod ad obuiandum illis qui beneficia acceptant vel procurant animo non retinendi, sed alteri renunciandi, seruat in Curia quod in examine faciendâ detur illi iuramentum quod tale beneficium non recipit animo renunciandi ita refert Parisius de resigna. benef. lib. 9. q. 10. in fine. Ideo Innocen. nonus bene instituit ut accipens beneficium curatum, vel simile, non possit illud renunciare ante triennium ut ibi, ut testatur Dominus Isidorus Muscouus in tracta. de Maiestate militantis ecclesiæ lib. 1. par. 3. c. 2. rub. de benef. fol. 451.

BENEFICIORVM RESIGNATORVM PVBLICATIO.

S V M M A R I A.

- 1 *Causa huius constitutionis.*
- 2 *Omnes resignationes & iurium cessiones publicari debent intra sex menses, si beneficia sint citra montes, si vero ultra intra nouem.*
- 3 *Modus & forma publicandi resignationes, & cessiones.*
- 4 *De ecclesia rurali, & populo carente.*
- 5 *De capienda possessione beneficij etiam litigiosi intra predictum tempus, & quomodo.*
- 6 *Forma predicta seruari debet in omnibus beneficijs specificis, & non per equipollens.*
- 7 *Cessio facta possidenti quando publicanda sit.*
- 8 *Forma omisio qualiscunque facit gratiam nullam, inducit vacationem, & inhabilitatem, nec prodest resignanti possessio, a se postea continuata.*
- 9 *Modus impetrationis, & concessionis beneficiorum quae vacant ob non seruata formam publicationis.*
- 10 *Propter nullitatem concessionum non sunt irritae reservationes nisi in casu de quo infra.*
- 11 *Proceditur in causa litigiosi contra cedentem donec successor venerit ad eam.*
- 12 *Modus, & forma, & tempus admittendi, & publicandi resignationes, quae fiunt in manibus ordinationum, vel legationum &c.*
- 13 *Pena ordinationum, & aliorum qui predicta non seruant.*
- 14 *Decretum irritans.*
- 15 *Tolluntur omnes ante hac constitutiones de publicandis salua constitutione Pij V. quae seruari debet in resignationibus, & cessionibus hucusque factis.*
- 16 *Ampliationes quinque huius constitutionis.*
- 17 *Limitationes quatuor.*
- 18 *Cui incumbit onus probandi non fuisse factas publicationes.*
- 19 *Modus probandi hanc negatiuam quis sit.*

PRÆTER. Summistis sciendum est, quod ad prohibendum simulatas occultasue beneficiorum resignationes, per diuersos Rom. Pont. fuit prouisum ut per Innocent. 3. incipi. Sicut bonus pastor. fol. 130. in Bulla. per Clement. 7. incip. Sanctissimus fol. 318. per Pium 4. fol. 662. & fol. 898. per Pium V. fol. 1187. prescribendo quomodo etiam ordo sit tenendus in confectione Bullarum super gratis resignationum Parochialium, & simplicium fol. 1167. & per Regulas cancellariae Apostolicae de publicandis resignationibus super quibus scripserunt Rebuff. in praxi benefi. & Gome. Hodie vero attenditur constitutio Greg. xiii. de modo, & forma publicandi resignationis, & cessiones fol. 1224. tenoris sequentis.

GREGORIVS Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriã.
 Humano vix iudicio ita bene quicquam, & providenter sanciri potest, quin
 vsus sape aperiatur, doceatur; id quod salubre fore credebatur, minus experiundo pro
 desse, quod in illis Constitutionibus quas ad prohibendas simulatas occultasue benefi
 ciorum ecclesiasticorum resignationes diversi Rom. Pont. multifariam ediderunt,
 & se. rec. Pius Papa V. predecessor noster nouissime promulgauit, cognoscimus acci
 disse. Nos hoc multum, prout occasio necessitasq; postulat, coercere volentes, statui
 mus, vt posthac omnes, & quacunque resignationes etiã causa permutationis, ac cõ
 mendarum, & etiam literis Apostolicis non confectis, & possessione non habita,
 nec non litis, & iurium quorumcunque cessiones, ac retrocessiones, qua deinceps de
 quibuscunque beneficijs ecclesiasticis in nostris, seu Romani Pont. pro tẽpore existi
 tis manibus, ac etiam coram Notario publico, & testibus fient, & a nobis vel illo
 seu nostro vel illius mandato admittentur, & super eis provisiones, & quacunque
 alia dispositiones, siue temporales, siue perpetua aut ad hoc mandata Apostolica
 sub quacunque forma, & quibuscunque etiam S. R. E. Cardinalibus, ac pijs locis quo
 2 cunque priuilegio suffulti, facta, publicari debeant cum literis Apostolicis de su
 per confectis intra sex menses, si beneficium citra montes fuerit, vltra vero intra
 nouem a data concessionis, gratia, non autem a die præstiti super ea consensus nu
 merandus, etiam si postea concessio gratia huiusmodi ex quavis causa, diuersis
 que subsequenter datis, ac quotiescunque & quouis modo reformata, & ua
 lida reddita fuerit, pluresq; & quot quot in alium, vel alios cessiones, ac etiã ipsum
 met primũ resignantem, vel cedentẽ retrocessiones termino prædicto nondũ elapso re
 trocesserint, ita vt vnicus dũtaxat terminus omnibus successiuis cessionibus, ac re
 trocessionib; decurrat, vt qui postremus gratiã habuerit publicationẽ huiusmodi fa
 cere, ceteraq; omnia hic præscripta intra eundem terminum præstare teneatur.

3 Ipsa autem publicatio in cathedrali, & in beneficij ecclesia vel ecclesijs, si in plu
 ribus illud sit, fiat, ibique dum frequens populus ad Missarum solennia conuenerit,
 palam omnibus litera Apostolica prædicta, earumue transumptum authenticũ ex
 hibebatur, claraque, & intelligibili voce resignatio, seu cessio huiusmodi, ac benefi
 cij qualitas, & inuocatio nominaque, & cognomina resignantis seu cedentis, ac il
 lius in cuius fauorem gratia huiusmodi facta est, pronuncietur, ut hæc omnia pos
 sint ad notitiam omnium ibi existentium verisimiliter peruenire, scriptoq; de his
 omnibus exemplo collato, valuis dictarum ecclesiarum affixum relinquatur.

4 Si uero ecclesia beneficij ruralis sit aut populo conuentuque careat, eo casu in pa
 rochiali, intra cuius parochia limites beneficium ipsum consistit, & in cathedrali
 ecclesia, uel si locus bello, seu peste alijsue manifestis periculis subiaceat, tunc in pro
 xima parochiali ac etiam in cathedrali ecclesia, uel si aditus ad illas, aut utrauis
 minime sit securus, in alia cathedrali, uel parochiali uiciniore periculis immu
 ni publicatio huiusmodi peragatur.

5 Is quoque in quem disponi, uel mandari de beneficio etiam litigioso, uel a ceden
 te non possessio sub quacunque forma contigerit, possessionem beneficij intra dictum
 tempus uigore literarum Apostolicarum desuper confectarum, nec alias apprehen
 dere debeat, & si propter litem aut aliud legitimum impedimentum nequiverit, sal
 tem literas Apostolicas cum earum publicatione si tunc facta erit, Iudici, seu exe
 cutori illarum, uel alijs ad quos pertinet, per se, uel procuratorem suum legitimũ,
 intra idem tempus presentare, & apud illum, uel illos pro ipsarum literarum exe
 cutione instare, & possessionem huiusmodi instanter petere teneatur.

6 Ceterum modus, & forma hic tradita semper, & ubiq; debeat obseruari nec alia
 uel

vel equipollens villo modo admitti in omnibus huiusmodi resignationibus us cessionibus, & retrocessionibus, de quibuscunq; Ecclesiis, Monasteriis, prioratibus tã virorum, quam mulierũ dignitatibus, officijs, & beneficijs ecclesiasticis secularibus, & quorumuis ordinum etiam militiarum regularibus, etiam electiuis, & manualib. ac etiam de iure patronatus laicorum illustrium, & alias quomodocunq; existentibus siue pacificis siue in petitorio, siue in possessorio litigiosis, etiam de quibus in Consistorio nostro disponi consuevit, seu debet, quæ posthac ex quacunq; causa fient, & per nos, ac prædictos successores, extra tamen dictum Consistorium admittentur, etiã cum reservationibus nominis, tituli, administrationis, possessionis, fructuum etiam omnium ac rerum, & iurium quoruncunq;.

7 Ad prædictorum tamen obseruationem eũ in quem iuris fit cessio beneficij, quod tempore cessionis huiusmodi, & antea illam vigore literarum Apostolica vt supra si ad id tenebatur, publicatarum realiter possidebat, nolumus obligari.

8 Quod si quicquam prædictorũ omnium omissum fuerit, dictis terminis, vt quicq; præscripti sunt elapsis, omnes dispositiones, & gratia resignatorum, & cessorum beneficiorum, aut iurium huiusmodi, cum omnibus inde secutis, siue de pacificis, siue de litigiosis, sint irrita, & inanes, nullaq; alia gratia super huiusmodi beneficio siue iure cesso his quibus concessa fuerit suffragetur: sed ipsis tales inhabiles, & incapaces sint ad huiusmodi beneficia sic resignata, & cessa, quandocunq; obtinenda, illaque, siue iura ab ipsa statim prima resignatione, seu cessione etiam si illa alias nulla & inualida essent, vacauisse, & vacare censeatur eo ipso, nec resignantibus seu cedentibus, si postea in sua possessione remanent, constitutiones de annali & triennali possessore, nec præsumptas, aut tacitas retrocessiones etiam propter diuturnam continuatã possessionis huiusmodi tolerantiam, nec omnino aliud ius, vel beneficium villo tempore suffragetur, sed ipsa beneficia siue iura sic a principio vacantia a Sede Apostolica prædicta duraxat impetrari valeant, ac concedi.

9 Illorum vero impetrationes, vel etiam Motu proprio concessionem quibuscunq; de rogationibus suffulta nunquam sub clausulis generalibus, aut vacationum modis conditionalibus vel implicitis comprehendantur, sed specialiter & expresse ob non seruata presentis Constitutionis formam, ac cum declaratione nominum, & cognominum resignantis seu cedentis & gratiam habentis, dispositiue, & non conditionaliter fieri omnino debeant, & quicumque sic impetrans aut gratiam etiam motu simili habens præstitum cuiq; casui tempus prædictum a data concessionis gratiæ sibi facta huiusmodi, ea omnia quæ cadens a iure prædicto debeat, præstare teneatur, & si pluribus gratiam huiusmodi fieri contigerit præ omnibus obtineat, qui primus publicationem suã impetrationis fecerit, & possessionem adeptus fuerit, aut petierit, omniaq; requisita prædicta adimpleuerit, quamuis in data sit postremus, & possessio ab alio in publicando negligentiore prius apprehensa fuerit, vel petita.

10 Reservationibus omnibus nominis administrationis fructuum etiam omnium ac pensionum, & aliarum rerum quarumcunq; nec non facultatibus, indulgijs, & alijs concessionibus tam ipsis resignantibus, seu cedentibus qui tamen possessione ab Sede Apostolica factis nihilominus validis, plenumque effectum sortituris.

Scd ne in beneficijs super possessione, vel proprietate litigiosis litis prosecutio turbari valeat, vel differri, in causis huiusmodi contradicentem ad vteriora, etiam ad sententiam diffinitiuam, & rem iudicatam, ac illius executionem, quousq; ille qui gratiam ex resignatione seu cessione, aut ex omni forma publicationis huiusmodi obtinuit, ad causam per se, vel procuratorem legitimum accesserit, licetque

huiusmo-

huiusmodi susceperit, eodem modo, & ordine procedi possit, quo potuisset legitime si cessio huiusmodi facta non fuisset, ac quicquid interim sic procedendo decretum, & expeditum fuerit, siue cum cedente, siue contra eum, etiam postquam ipse, vel quis alius incumbentiam sibi secundum prædicta præstiterit, non solum in casu fructus, sed etiam circa possessionem & ipsum ius, quod cessum est, valeat omnino, & vim obtineat, illumque ipsum, cui gratia facta est, non minus afficiat quasi ipso legitime citato contra eum decretum, & expeditum fuisset, nec ipse aduersus hæc prædicta non acceptata gratia, vel etiam illius ignorata aut citationis, vel intimationis executioni contra ipsum minime demandata, aliaue ratione valeat excusari. Possit tamen ipse etiam si in lite, & causa huiusmodi surrogatus non sit, quandoque ad illius prosecutionem, & terminationem venire, & a Iudice coram quo causam ipsam etiam ex delegatione pendere contigerit, in illis ipsis statibus, & terminis, in quibus tunc eam esse receperit, etiam absque rescripto speciali admitti.

12 De beneficiis autem que deinceps in manibus ordinariorum collatorum, etiam Cardinalium etiam indulta, & facultates ad hoc ab Apostolica Sede habentium, ac legatorum etiam de lateribus, & delegatorum etiam specialium eiusdem sedis extra Romanam Curiam resignari, etiam ex causa permutationis contigerit, ipsi intra mensem negotium vniuersum admissionis, vel reiectionis resignationis huiusmodi, & (si per eos facienda erit) prouisionis resignati beneficii iuxta Apostolicas, & alias Canonicas sanctiones omnino absoluant. Et qui sic prouisus fuerit intra tres menses die sibi facta prouisionis illam publicet, & possessionem beneficii capiat modo & forma supradictis, alioquin illis elapsis nulla sit eius prouisio, & beneficium vacare censetur eo ipso.

13 Ordinariisque & alii prædicti qui hæc, ut eis præscribuntur, non perfecerint, eo casu potestate disponendi de ipsis beneficiis sint ea vice priuati, eorumque dispositio eo ipso ad Sedem Apostolicam deuoluta existant, aut aliis idoneis ab ipsa Sede dumtaxat modo, & forma prædictis concedatur.

14 Decernentes sic per quoscunque iudicari debere, nec non irritum & inane quicquid secus his per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

15 Non obstantibus prædicti Pii Quinti, & aliis omnibus aliorum prædecessorum nostrorum Constitutionibus de publicandis resignationibus huiusmodi hæctenus editis & reformatis, quas omnes omnino abrogamus. Ita tamen quod in publicandis illis resignationibus, & cessionibus que in manibus nostris hucusque factæ, & a nobis admittæ sunt, & tempus ad eas publicandas iuxta dicti Pii prædecessoris Constitutionem nondum effluxit, Constitutio ipsa quo ad eas dumtaxat integre obseruetur. Nec non resignantium, siue cedentium voluntatibus, conditionibus, protestationibus, & clausulis, in ipsismet resignationibus, & cessionibus, seu procuratorum constitutionibus, & mandatis, ac alias etiam ad præseruationem suorum iurium, & significationem quod non aliter nec alio modo resignant seu cedunt appositis, & quacunque verborum vi formula, & multiplicatione expressis, nec non indultis, priuilegiis, & gratiis Apostolicis, etiam prædictis Cardinalibus; ac eorum, & nostris familiaribus continuis commensalibus, nec non literarum Apostolicarum scriptoribus, abbreviatoribus, ceterisque Romana Curia Officialibus, & ex quibusuis causis quomodocunque concessis & confirmatis, quæ omnia etiam tollimus & annullamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Ut autem presentes, & c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo tertio, Non. Ianuarii, Pont. nostri Anno Duodecimo.

Sequitur relatio publicationis Romæ, die 19. Ianuar. 1584.

Hæc

Hæc Constitutio latissime declaratur per Paris. in tract. de resigna. benef. tom. 1. lib. 11. per totum.

ADDITIO Quia hæc constitutio est amplissima, ideo dubiorum quæ in hac materia in foro assidua excitari possent, resolutio ex eius lectura euidenter apparet aliqua tamen de quibus in ea non fit expressa mentio per aliquas ampliationes, & limitationes breuiter explicanda censui.

16 *Amplia* igitur primo præsentem constitutionem, ut quoties ex defectus publicationis non facta seruata ipsius forma contingeret resignationem esse nullam non possit resignans repetere beneficium resignatum neque spolio agere, quia omne ius ab eo cecidit ut ex d. const. colligitur, quamuis alias regulariter, ubi ex aliqua causa resignatio redderetur nulla, & nisi beneficium re ipsa resignatario acquiratur nunquam ab ipso resignante ius abdicetur, & ad illud redire possit prout asu compertum, & clarissimum est, de quo late scripsit Paris de resign. benef. lib. 1. q. 3.

Secundo *amplia* pari ratione ubicunque prima resignatio ob publicationem non factam esset nulla effecta, & resignans iterum eidem uel alteri beneficium resignauerit cuius secundæ resignationis uigore sit postea publicatio facta, & possessio capta, ut tanquam inualida non subsistat, quia in hoc casu cum per primam resignationem sit abdicatus titulus & omne ius ab ipso resignate, ut notissimum est, Casad. dec. 9 de concess. præb. Gomes. in reg. de public. resign. q. 18 & tempus publicandi per hanc Constitutionem computetur, & currat a die primæ provisionis, nihil potuit per secundam resignationem transferre quia nihil habebat, arg. tex. in c. quod autem, in fine de iure patron. quod enim semel est extinctum non renouat l. qui res §. arcam ff. de solut.

Tertio *amplia*, ut per hanc Constitutionem teneatur ad publicandum etiam minor 14. ann. cum quo per Sum. Pontificem fuerit dispensatum ad huiusmodi beneficia resignata quia licet in minore cesset ratio fraudis vigent tamen aliæ, quæ sunt æque principales, propter quas requiritur publicatio beneficiorum resignatorum, de quibus per Paris. lib. 1. q. 1. intelligendo etiam præsupposita ignorantia ex parte ipsius minoris ex communi omnium sententia, Paris. d. lib. 1. q. 4. num. 62. & eo magis si ob non factam publicationem fuerit alteri collatum beneficium, quia cum res non sit integra, & etiam de lucro tractetur, non venit minor restituendus cum damno tertij Abb. in c. ex parte de restitut. spoliat. Boer. dec. 350. nu. 4.

Quarto *amplia* hanc publicationem requiri etiam in renunciationibus hospitalium tam respectu eorum quæ dantur in titulum, quam eorum quæ dantur in administrationem quando hospitalary deputantur in regimen, de quibus habetur in clem. quia contingit, §. verum & ibi Doctores de religiof. dom. idque fuisse apud Rotam indistincte firmatum scripsit Paris. d. lib. 11. qu. 4. accedit quia hæc constitutio ueluti fraudibus obuiatua & bono publico introducta censetur fauorabilis, & in materia fauorabili appellatio beneficiorum ecclesiasticorum ueniunt hospitalia etiã solita laicis concedi in administrationem Card. Zabari in clem. dispendiosam q. 3. de iudic. Felin. in c. de quarta. nu. 15. & 16. de præscript. Mandos. in reg. de benef. vac. per promot. q. 5.

Quinto *amplia* etiam si Papa in cuius manibus fuit renunciatio facta moriatur intra illud tempus datum ad publicandum, ut non tamen teneatur resignatarius sede vacante, uel tempore successoris ad publicandum intra eundem terminum præscriptum, & ratio est quia renunciatio huiusmodi iam habuit suum effectum tunc temporis, quo Papa uiuebat, per cuius obitum superuenientem non potest tolli cum sit

fit iam causatus, ad quod faciunt dicta notabiliter per Dec. conf. 21. sub nu. 5. & hanc veram conclusionem, & de stylo receptam fatetur Paris. d. lib. 13 q. 2. nu. 32. intellige tamen nisi propter impedimentum sedis vacantis, quia tunc ius non reditur, Bullas expedire non potuerit. arg. tex. in l. iure civ. ff. de reg. iur. quo casu de stylo tempus prorogatur. Paris. d. lib. 11. q. 23. nu. 136.

17. *Limita primo quoties fuisset prorogatum tempus a Sum. Pontifice quo casu censetur restitutus aduersus lapsum temporis tribus concurrentibus. primū vt si allegatur resignantem adhuc viuere hoc iustificetur si super hoc fundatur ipsa restitutio, secundum vt postea fiat publicatio infra illud tempus in prorogatione concessum tertium vt ista prorogatio non operetur si medio tempore esset ius alteri acquisitū per collationem factam ab eodem Sum. Pontifice. ideoq; apponi solet clausula præsertiuina iuris tertij. Paris. d. lib. 11. q. 7. num. 78 & 79. qui etiam superius, nu. 69. ponit formulam huius supplicationis.*

Secundo limita hanc Constitutionem non habere locum in translatione pensionis in aliquem, & sic vt ille non teneatur ad publicandum Gomes. in reg. de public. resign. q. 10. ratione vt ibi per eum neque appellatione beneficij regulariter ipsa pensio venit. Gigas de pensio. quest. 28. nu. 10.

Tertio limita quoties pretextu legitimi impedimenti publicatio fieri non poterit cum impedito non currat tempus cap. quia diuersitatem. de concess. preb. Nauar. conf. 3. de renunc. in antiq. quod non ita simpliciter, & absolute intelligendum est, recipit enim aliquas declarationes quarum prima est, vt impedimentum illud probari debeat. l. vlt. §. illud etiam. C. de temp. appell. & quod fuerit causa immediata non faciendi quod debebat Abb. in cap. plerumque sub numer. 6. de rescript. Crauet. conf. 151. num. 22. quod an. & quando sufficiat probare per iuramentum ipsius impediti Mascard. notab. de probat. conclus. 885. secunda declaratio est, vt per dictam probationem verificetur impedimentum fuisse tale quod evitari non potuerit Dec. conf. 677. num. 4 & 5. Crauet. conf. 270. nu. 3. & insuper adhibitam fuisse debitam diligentiam pro illo remouendo Mascard. loc. citat. numer. 9. Boer. decis. 40. num. 4. nisi ex qualitate impedimenti notorium esset, quod omnis diligentia fuisset frustratoria. Felin. in c. ex transmissa nu. 2. de prescript. Lancellot. de attent. pa. 2. c. 12. amplia 1. num. 68. Afflict. decis. 29. incip. Quidam exterus. Boer. d. decis. 40. num. 7. decis. 9. Senatus Pedemont. num. 4. Tertia declaratio vt si impedimentum esset ex facto aduersarij vel tertij tunc demum excusetur si ui armata impediretur ipse resignatarius vt non possit nec per se, neque per alium facere illud ad quod tenetur secus vero si ex dolo predictorum Paris. d. lib. 11. num. 100. Quarta & vltima declaratio, vt non liberetur resignatarius si ob iustum impedimentum non possit publicare in loco destinato, & prescripto quin illam facere teneatur in alio equipollenti Gomes. in reg. de public. resign. quest. 15. si in cathedrali, & parochiali viciniori, ab impedimentis immuni, vt in presenti constit. Statuitur in d. si vero ecclesia vers. vel si locus ex quo recipiunt interpretationem, & modificationem verba eiusdem Constit. in d. ceterum, vt in hoc casu speciali forma ibi requisita remittatur Paris. d. q. 13. sub num. 47.

Quarto & deniq; limita vt excusetur resignatarius si non publicauerit infra tempus praefixum quoties Datarus signata supplicatione mandauerit ad alicuius instātiā in ea apponi vt nihil transeat, dummodo citauerit partem aduersam coram ipso Dataro ad dicendum quare vult impedire ipsius supplicationis registrationem & per consequens literarum expeditionē & instare vt supplicatio relaxetur, quod si Datarus ex causa sibi visa noluerit ipsam dimittere, adhuc excusabitur a publicatione

blicatione modo vsus fuerit diligentia per totum tempus datum ad publicandum per se, vel per procuratorem ad petendam supplicationis relaxationem Paris. ibidem a nu. 112. vsq; 120 & illud idem affirmandum si resignatarius eo quia fuerit carceratus literas expedire nec per alium potuerit vel ipse literas expedita detineretur a iudice, modo protestetur coram iudice Notario & testibus per eum non stare neque culpa sua tempus transire Gomes. d. q. 13 Paris. loc. cit. nu. 121.

- 18 Adueniente tamen casu vt huius Constitutionis dispositioni sit locus, sciendum est onus probandi non publicationem incumbere impetranti beneficium tanquam vacans ob publicationem non factam, non autem resignatario, qui ad illam tenebatur; & ratio est quia negatiua qualiscunq; sit probanda est per eum qui in ea sua intentionis fundamentum facit de comm. omnium Doctorum opinione ex adductis per Gabriel lib. 1. commu. opinionum de probat. conclus. 6 & eo magis quia praesumitur factum quod de iure erat faciendum Dec. conf. 446 nu. 7. Crauet. conf. 22. nu. 5. & conf. 149. num. 12. Mascard. de probat. conclus. 734.

Quam conclusionem. s. resignatarius non teneri probare publicationem limitatam & primo quoties essemus in spolio nam tunc nec triennalis possessio induceret praesumptionem illam esse factam, hocque pluries per Dominos de Rota fuisse resolutum tradit Paris. d. lib. 12. q. 14. nu. 31. Secundo limita vt teneatur resignatarius publicationem exhibere, si superior ex officio procedens vellet eam videre. Rebuff. in praxi tit. de rescript. ad benef. vacant. nu. 20. etiam si essent ministri deputati a Camera Apostolica Paris. d. q. 24. num. 37 nisi superior constituisset se aduersarium eius qui beneficium obtinet glos. communiter recepta in c. conquerente. in ver. voluerit. & ibi Abb. de restit. spoliat. Felin. in c. licet Heli. num. 9. de simon. Gem. & Franc. in cap. ordinarij §. 1. de offic. ordin. in 6. Tertio limita quando ipse resignatarius peteret suam gratiam canonizare ad aliquem effectum Innoc. in cap. ex inscriptione sub. nu. 3. de procurat. Rebuff. ibidem nu. 17. Gemin. & Franc. loc. cit. late Cosmas Guymier in pragmat. sancti titu. de pacif. possess. super verbo inquirant.

- 19 Modos autem probandi per impetrantem hac negatiuam qua de sursum natura difficultis probationis aestimatur vt per Doct. in c. quoniam contra de probat. Dec. conf. 372 nu. 3. poterit esse per coarctationem loci, & temporis de quo late per Herculan. in tract. de negatiua nu. 26 & 318. vsque in finem quoties impetrans probaret fuisse relaxatas literas in fine termini dati ad publicandum ita ut impossibile fuerit literas transmitti potuisse in partibus vbi erat facienda publicatio Menoch. de arbit. iud. cas. 472. Mandos. in reg. de uerisim. notit. quaest. 9. Alter probandi modus erit si a personis per quas actus publicationis fieri oportebat ut sunt Notarij, vel sciri debebat quales sunt canonici vel clerici eiusdem ecclesiae, scriptus non reperitur, neque scitur ex adductis per Paris. d. q. 14. num. 60. cum seq. uel etiam per ipsius partis confessionem ut per Herculan. in d. tracta. de negat. num. 196. Optimus uero esset ex mente Paris. loc. citat. nu. 52. ad tollendas lites, & dispendia, ut facile constare possit an sit facta publicatio, uel ne, mandari ut publicationes omnium beneficiorum registrarentur penes actuarium Curiae Episcopalis illius loci in quo fiunt.

Pij Papa Quinti Constitutio super modo, & forma publicandi Ecclesiasticorum Beneficiorum resignationis, ac eorum consensuum extensione.

Sanctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Pius diuina prouidentia Papa V. animo repetens, quæ, & quam grana inconuenientia, & absurda, ex occultis beneficiorum ecclesiasticorum resignationibus, & cessionibus in dies oriuntur. Cum sæpe contingat quod occulte resignantes, vel cedentes huiusmodi etiam post resignationem, vel cessionem per eas factas, non solum fructus ex beneficiis sic cassis, vel resignatis prouenientes indebite percipiunt, sed etiam, quod grauius est dolendum, tanquam veri Prælati, vel beneficiarii, sacramenta ministrant, ordinis, conferunt, & indulgentias Christi fidelibus concedunt in maximum animarum periculum, & scandalum plurimorum, nonnunquam etiam cum eisdem resignantibus vel cedentibus tanquam eum ueris Prælati aut beneficiariis contrahentes, illisque decimas, census, oblationes, & alia cura ecclesiastica persoluentes, illa postmodum ueris Prælati seu beneficiarii iterum soluere, & ab illis intrusis non sine maximo ipsorum soluentium damno, & incommodo repetere coguntur. Plerumque etiam ordinarij collatores, ac etiam Romani Pontifices pro tempore existentes beneficia huiusmodi occulte resignata vel cessa per obitum ipsorum resignantium, vel cedentium vacare existimantes, illaque tanquam per obitum vacantia conferentes, detecta postea resignatione vel cessione prædicta simul cum personis prouisis grauer deludantur, & fraudentur. Ac etiã considerans quantum in beneficijs ecclesiasticis, eaque hereditariæ successionis imaginem referunt canonicis sanctionibus sint odiosa, ac Sanctorum Patrum decretis contraria. Quodque propter varias, & diuersas fraudes, & malitias quæ in dictorum beneficiorum resignationibus, seu iurium in illis vel ad illa competentium cessionibus, quas maxime puritas simplicitasque decet, quotidie excogitantur, & adhibentur, plerumque beneficia huiusmodi, quasi iure hereditario, occupata deridentur. Et propterea ne absurda, & inconuenientia prædicta de cetero oriatur prouidere, illaque a réplo & sanctuario Dei, q̄ lôgissime submouere, ac animarum periculis, nec nõ fraudibus, & malitijs huiusmodi occurrere cupiēs, p̄sentes, sua p̄petuo ualitura cõstitutione uoluit, statuit, & ordinauit, quod quecunq; dictorũ beneficiorũ, resignationes, aut iurũ cessiones, tã in manibus suæ Sãctitatis, quam cuiuscunque Romani Pontificis sui Predecessoris, aut Successoris, aut cuiusuis alterius etiã loci ordinarij usque in diẽ publicationis præsentis constitutionis factæ, & quas in postrema fieri contigerit, sub infra scriptis modo, & forma, & non aliter publicari, ac ad eorũ, ad quos spectat notitiam deduci debeant, uidelicet resignationes, & Cessiones iam factæ, si illarum vigore possessio nondum fuerit per resignatarium, vel cessionarium apprehensa etiam si super illis consensus præstiti fuerint, nec non ea quas infra tempus inferius designatum a quo præsens constitutio obtinere incipiet, si quidem extra Ro: Cur: factæ exiterint, infra unum si uero in eadem, Curia, infra sex menses a die qua eadem constitutio sic ut præferatur obtinebit numerãdos. Reliqui uero quas post dictũ diem fieri cõtinget, si quidem extra curiam similiter infra unum, si uero in ipsa Curia fiant infra sex menses a die date supplicationis resignationũ, seu cessionũ, eorundẽ, nõ autem a die præstiti seu præstandi consensus computantur in ecclesia ipsius Beneficij, ac etiam Cathedrali uel Metropolitana, uel alia superiori ecclesia, cui beneficium ipsum resignatum uel cessum immediate subest, si quidem beneficium extra Cathedralẽ ecclesiam si um est uel fuerit, si uero beneficium huiusmodi in cathedrali, uel alia

superiori ecclesia extiterit in ipsa sola dum inibi Populi multitudo ad Diuina au-
 dienda cōueniret, publice, ac alta intelligibili voce ita quod ad omnium in eadē
 ecclesia presentiu notitiam verisimiliter peruenire possit, per ipsos resignantes
 vel cedentes aut resignatarios, vel cessionarios, vel alium seu alios, eorum nomi-
 ne publicentur, Ipsique resignatarij, vel cessionarij realem & actualem posses-
 sionem beneficiorum huiusmodi realiter, & cum effectu apprehendere, vel sal-
 tem illam infra predictū vnus vel sex mensium terminum ab his ad quos illius
 traditio de iure vel de consuetudine spectat, vere, & non ficte, secum perfuncto-
 rie, congruo loco, & tempore petere debeant. Et si beneficia ipsa etiam quo ad
 possessionem tantū litigiosa per alios possessa, vel eorum possessio, ex quavis cau-
 sa capi seu apprehendi non possit, si litem huiusmodi in dicta curia nunc aut
 in futurum, tendere contigerit, vltra premissa, literas desuper expeditas, vel saltē
 instrumentum consensus cum data supplicationis, ac etiam cum designatione li-
 bri, & folij in quibus supplicatio huiusmodi registrata fuerit, infra mensem a die
 eiusdem data, non autem a die prelati consensus numerandum, in actis Notarii
 causa, & litis huiusmodi realiter, & cū effectu presentare illumque in eisdem a-
 ctis annotari facere: Et in super quod in omnibus & singulis casibus supradictis,
 resignatarij, seu cessionarij, eorumque successores, vel causam ab eo quomo-
 dolibet habentes, consensum antebitum resignantis, vel cedentis etiam sup-
 plicatio per eundem resignantem, vel sedentem, seu eius procuratorem porre-
 cta fuerit, in libris Camera vel Cancellaria, si quidem resignatio vel cessio huius-
 modi in ipsa Curia, alias si extra curiam facta fuerit vel fiat in actis episcopalis
 seu Archiepiscopalis, vel alterius Superioris Curia cui beneficium ipsum imme-
 diate subest, extensum fuisse legitime docere seu probare teneantur, Alioquin re-
 signationes, & cessiones ac extēiones consensus huiusmodi aliterquam vt pre-
 fertur publicatę seu factę cum omnibus inde sequutis, & sequendis etiam nouis
 pūisionibus, ac alijs cessionibus, & retrocessionibus ceterisque quibusuis gratis,
 nullas, & inualidas, nulliusque roboris vel momēti, fore, ac fuisse, & esse statuit,
 & ordinauit. Et premissa omnia, & singula etiam in quibuslibet beneficijs cōsi-
 storialibus, & vt præfertur litigiosis, etiam si resignantes vel cedentes extra pos-
 sessionem eorundem beneficiorum, civiliter vel naturaliter decesserint, ac etiam
 si resignationes, & cessiones præfatę ex causa permutationis, vel cum reseruatō-
 ne omnium, & singulorum fructuum, reddituū, & prouentuū, ac quotidianarū
 distributionum propria auctoritate, vel alias percipient, & cum reseruatione ti-
 tuli, administrationis, seruitii ac stali, & alios quomodocunque, & qualitercum-
 que etiam in fauorem alicuius ex scriptoribus Apostolicis, aut alijs Rom. Curia
 officialibus ac etiam in fauorem alicuius ex S. R. E. Cardinalibus hæcenus fa-
 ctę extiterint, aut etiam in futurum fieri, & resignatarios ipsos infra dictum v-
 nius, vel sex mensium spacium cedere, vel retrocedere contingat, locum habere,
 & suum locum obtinere voluit, & expresse declarauit. Sicque, & non aliter per
 quoscunque Iudices, & Commissarios quauis etiam Apostolico auctoritate fun-
 gentes etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & ipsius S. R. E. Cardina-
 les in quauis causa, & instantia, Sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudi-
 candi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri deberere rri-
 tam quoque esse decreuit. Ceterum vt præfens cōstitutio facilius omnibus inno-
 tescat Sanctitas sua voluit, & mandauit quod eadem constitutio non solum in
 Cancellaria apostolica, vt moris est, sed etiam ad Valuas Basilica Principis Apo-
 stolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floię publicetur, illiusque exempla in eisdē
 tetur.

BENEFICIORVM PERMVTATIO. 133

locis affixa dimittantur, & inter Constitutiones perpetuas describatur, & annotetur. Quod omnes, & singulos, quos illa concernit, praesentes quidem in Curia statim lapso mense a Dictae die. Publicationis numerado, Ceteros vero intra menses degeates tribus. Ultra vero ipsos menses commorante, sex mensibus decursis perinde ardeat ac si eisdem personaliter intimata fuisset, cum non sit verisimile apud eos manere incognitum, quod tam patenter fuerit publicatam.

Placet describatur, & publicetur. M.

Lecta, & publicata fuit supradicta constitutio, & Ordinatio Romae in Cancellaria Apostolica anno incarnationis Dominicae millesimo, quingentesimo, sexagesimo octauo, Die vero Iouis Secunda Mensis Sept. Pont. praefati. S. D. N. Pij Papae Quinti anno tertio.

A. Homellinus Custos.

Anno a natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo octauo Indictione vndecima, Die vero Iouis secunda mensis Septembris. Pontificatus S. D. N. Pij diuina Prouidentia Papae quinti anno tertio, suprascripta Sanctio, & constitutio Apostolica affixa, & publicata fuit, ad Valuas Basilicae Principis Apostolorum de Vrbe, & in Acie Campi. Flore, dimissis in Supradictis locis illius copiis affixis per nos Io: Freile, & Iulium Parinum praesbiter. S. D. N. Papae Cursores.

Io: Andreas Panizza Magister Cursum.

Romae Apud Heredes Antonii Bladii Impressores Camerales.

BENEFICIORVM PERMVTATIO.

PRÆTER Summissas sciendum est, quod beneficiorum, & officiorum permutationes Ordinarij admittere possunt quae canonicis sanctionibus, & apostolicis constitutionibus permittuntur, vt patet ex constitutione Pij V. supra relata in verbo, beneficiorum resignationes, adeo quod hodie in ipsorum permutationibus coram Ordinarijs attenditur dispositio iuris quae habetur in tit. de rerum permut. praesertim in c. quaesitum, vbi Abb. nu. 4. & 10. c. 1. eod. tit. in 6. & clem. Nau. in man. capit. 23. sub. nume. 100. & debet fieri publicatio iuxta constit. Greg. xii. supra relata in verbo beneficiorum resignatorum publicatio. Requisita in permutatione ponit Rebuff. in praxi benef. tit. de permutatione p. 3. resumendo dicta Feder. de Senis, Aegidij Bellame. ac Petri de Vbaldis in tract. de permutatione beneficiorum, de quo extat etiam alius tractatus nouissime conscriptus per Petrum Andream Gambarum.

Congruu-
tit. de
rer. per-
mut.

ADDITIONE. Frequenter tamen accidere solet auctoritate ipsorum Ordinarij fieri permutationes beneficiorum, quae sunt de iure patronatus laicorum, ideo non abs re elucidandum erit an huiusmodi permutationes subsistant, quoties Ordinarij illas admiserint patronis non vocatis, & absq; eorum consensu. Et quidem ex Doctoribus de hac materia scribentibus quos uidi, percepi omnes in unum concurre re (Staphylo excepto in tit. de mod. & for. impetr. nu. 26 quod s. nulla, & inualida sit talis permutatio;) & communis huius conclusionis erit ratio, quia patronorum interest, vt videant ne habeant rectorem eis odiosum & non acceptum, vnde cum de eorum prauidicio tractetur sequitur illos necessario esse vocandos, eorumque consensum requiri per reg. quod omnes tangit. de reg. iur. in 6. quod vltimum limita quando ipsi patroni fuerint peremptorie vocati dato eis termino ad comparandum cum expressione causae, & ipsi infra terminum praefixum non comparuerint ad contradicendum

1 3 cendum

endum permutat[i]oni, quod tunc sec[un]da instituti[one] Ordinarij vlt[er]ius n[on] audien-
tur. nec poterint se opponere etiam infra residu[um] temporis dati ad presentand[um]: si
vero comparuerint declarando se permutat[i]oni nolle consentire, & velle ali[ud] pr[ae]-
sentare, tunc licet non presentauerint infra tempus praefixum in edicto per Episcopum
apposito, poterunt nihilominus vbi beneficio temporis legalis vsq[ue] ad finem qua-
drimestris, tum per reg. indultum. de reg. iur. in 6. tum etiam ratione, quia hoc tem-
pus datum patronis ad presentand[um] est p[er]nae inductiuum, cum eo elapso amittat[ur]
pro illa vice ius presentandi, propter quam p[er]na in cursum sequitur neq[ue] ex causa
posse illud tempus per Ordinarium abbreviari.

Quae permutatio absque patronorum consensu facta siue sit nulla ipso iure prout
quidam ex Doctoribus pro constanti, & indistincte asseuerant. siue veniat per senten-
tiam annullanda & retractanda prout magis commu[n]i sententia est defectus huius
consensus praeter ipsius permutat[i]onis irritat[i]onem operatur duo. Primum vt in p[er]-
nam propter patronorum contemptum, non possint permutantes redire ad eorum be-
neficia licet regulariter contra. Secundum quod dicti patroni freti auctoritate eis
concessa per c. decernimus 16. q. 7. libere possunt illis, exclusis alijs in ecclesijs pa-
tronatus presentare. Praedicta intellige in permutat[i]one qua fit ad libitum Ordina-
rij, vel fauore, & intuitu permutat[i]o[n]is. & t[ame]n Ordinarius quam ipsi fuerint in culpa,
eo quod scientes ecclesias esse patronatas spretis patronis contra ius, & honestatem
eos non vocando ad actum permutat[i]onis deuenerunt, vel quando Ordinarius eis in
uitis & recte contradicentibus permutat[i]onem admiserit. Amplia etiam si quo ad
effectum evitandi p[er]nam amissionis beneficiorum in ipsa permutat[i]one apponatur
conditio si placeat patrono, quod vero limita duobus modis, & primo vt ista conditio
si placeat patrono operetur quando copia patroni haberi non potuit ex quo fuisse in lo-
ginquis partibus. Secundo limita quoties non ita absolute apponeretur sed adiciendo
illa verba nec aliter nec alio modo velle permutare, quia virtus huius clausulae eos
excusabit reseruando consensum patroni.

Ex quibus, concludendum omnino in huiusmodi permutat[i]one patroni consen-
sum esse requirendum, qui consensus habetur loco presentationis, & conseruat eos
in quasi possessione absque noua, & actuali presentatione, & poterit etiam interue-
nire post actum permutat[i]onis ad ipsam conualidandam, & in hoc nullus doctorum
discrepat siue expresse illum interponendo intra tempus datum a iure patronis ad
presentand[um], siue tacite quoties patronus non reuocando sibi ad iniuriam quod
fuisset contemptus permitteret labi tempus, 4 mensium non contradicendo, nec ali[ud]
presentando, quae consensus interpositio non erit dicenda ratihabitio, sed potius qua-
dam suppletio, seu perfectio illius actus permutat[i]onis qui propter eius defectum
tunc non habuit effectum. Declara vt si patronus incepisset non contradicere, & in-
tra lapsum quatuor mensium moriatur non per hoc dici posse, quod videatur tacite
consensisse in praedictum h[er]edis, qui poterit reliquo tempore contradicere vel ta-
cendo tacite approbare.

Hac autem limita in casu in quo per Ordinarium poterit patronus compelli ad
consentiendum scilicet uergente necessitate, & utilitate ecclesiae siue populi quia cu[m]
haec permutatio sit de iustitia potest Episcopus disponere de beneficio patronali ali-
ter quam eius natura exigit, ipsi que patronis mutis, quod intellige procedere duo-
bus modis primo, vt ad hoc non sufficiat quilibet simplex necessitas uel utilitas eccle-
siae, sed talis cui sine illa permutat[i]one aliter prouideri non posset, idque in duobus
tantum casibus accidere posse ait Lambertus, loco infra citando. Prius quando
persona praeposita ad ecclesiam patronatam per permutat[i]onem esset talis sine
qua

qua plebs pateretur in conscientia eo quod in illa parochia essent heretici, & non reperiretur alter rector Theologus qui plebi consulere posset. Secundus casus quando bona ecclesie occuparentur ab aliquo potente cum quo nemo se proualere posset pro illis recuperandis nisi persona illa praposita, & alias secundum eum esset destruere gratiam a iure patronis factam, ut in hoc iure sustineantur, quo per hanc viam se pe fraudari possent. Couar. vero loco etiam infra est causam necessitatis & utilitatis ecclesie non ita stricte exigit, sed sufficere inquit, quod constet talem permutationem factam fuisse in magnam ecclesie utilitatem. Secundo intellige procedere nisi patroni allegarent aliam causam rationabilem, & proualentem necessitati, & utilitati ecclesie, & in permutatione, qua fit ex gratia & favore ipsum permutantiu tenet Aegidius de Bellamera hoc inficit simplicem & voluntariam patroni contradictionem valere ad eam impediendam.

Pradicta extende ut eodem iure censeatur quo ad inualiditate permutationes que fiunt in Curia non facta mentione de iure patronatus laicorum ratione per Lap. assignata allegat. 96. ubi Mandos. in addit. lit. n. & o. in quo loco etiam refert ita fuisse pronunciatum a Greg. 11. a quo nunquam potuit quidam Cardinalis obtinere quod ex causa permutationis fieri derogatio iuris patronatus laicorum, in casu autem in quo fieret expressio de iure patron. & de patronorum consensu non constaret, vel ab eis hoc ignoraretur dubium, facit permutationem tenere, cuius validitas oritur ex eo quod illa expressio, & Pape admissio inducerent presumptam derogationem, & derogatio non presumitur, neque tenet nisi expresse de ea in literis appareat, & Aegidius Bellamer. asserit quod tempore quo ipse fuit Referendarius in Curia vidit seruari permutationem non expediri nisi babeatur consensus patroni laici, & ratio, quare non ita de facili praiudicetur iuri patroni laicorum adducitur per glos. in cap. cum dilectus. in ver. quempiam presentare, in fine de iure patron.

Quos terminos intellige etiam procedere in renunciatione beneficiorum iuris patronatus laicorum siue simplici, siue ad favorem alterius, siue in manibus Pape, siue Ordinarii facta, ut absque patronorum consensu sit nulla, & collatio inde sequuta de iure admitti non debeat eadem ratione, quia patronorum interest, ne beneficiari dimittant eorum beneficia ipsis spretis, & ne forsitan beneficijs praficiantur personae eis non gratae, qua etiam conualidatur per superuenientem eorum consensum siue expresse, siue tacite quoties scientes, & patientes non reclamauerunt, quod declara nisi conferatur cum clausula (dummodo accedat patronorum consensus ex fundatione) quo casu non sufficit tacitus inductus ex lapsu quatuor mensium, quia per illam clausulam inducitur forma, qua non impletur per consensum tacitum qui dicitur fictus, per quem etiam non inducitur status libertatis, ut quasi possessio presentandi amittatur ut supra dictum est. Pradicta vero limita quoties Summus Pontifex admitteret resignationem, & conferet cum expressa derogatione iuris patronatus laicorum, quod potest tum quia est dominus absolutus, & dispensator presertim in beneficialibus, & sit supra ius tum etiam quia illud laici habent ex mera gratia ipsius Pape, in qua derogatione non suffiunt clausulae generales, neque si in literis exprimat, (etiam si ad alienius presentationem & collationem beneficium pertineat,) & solet de stylo passim seruari, & dicitur pro hac vice tantum, & alias minime censendum & iudicandum est Summi Pontificem velle derogare iuri patroni laicorum, & in hoc nulla est controuersia inter doctores, qua derogationes tanquam odiose non admittuntur, ut tradit Reb. & Cou. de quibus scribit Mand. in prax. signat. grat. verbo derogationes iuris patr.

Quæ sub breui quodam compendio annotaui ex dictis Doctorum in capit. 1. de re-
permuta. in 6. Card. Zab. in repet. c. quasitum eod. tit. Panor. in disputat. 5. incip. Au-
gerio nu. 17. Gemin. in c. nemo deinceps, sub num. 11. de elect. in 6. Felin. in cap. cum
Bertoldus de re iudic. & in tract. quâdo lit. apost. noceat patron. Bonif. de Vitalinis.
in clem. vnic. nu. 47. cum seq. eod. tit. A. Egid. Bella in tracta. de benef. rer. permutat.
par. 4. & decis. 87. & 181. Rocch. de Curt. in tract. de iure patr. in ver. honorificum
q. 3. & 51. Lamberti. in eod. tract. par. 1. lib. 2. art. 9. q. 6. & per. 3. lib. 2. art. 9. & 10.
q. 3. & lib. 3. art. 5. q. 5. Couar. libro pract. q. c. 36. Paris. in tract. de resignat. benef.
lib. 2. q. 4. Deci. cons. 172. & 223. nu. 3. Crauet. cons. 82. & 153. nu. 10. & aliorum.
Et intentionis mea fuit loqui tantum de iure patron. laicorum ex fundatione cõstru-
ctiõne, vel dotatiõne non autem de acquisito ex priuilegio, vel præscriptione, nec de
iure pat. ecclesiastico, & mixto in quibus quid iuris sit remitto me ad eosdem Docto-
res, ad quorum narratorum comprobationem nõ vsus sui allegationibus, quia in præ-
alleg. locis ad saturitatem reperiri possunt.

BENEFICIORVM PRIVATIO.

PRÆTER. Summissas sciendum est, quod Iudices causarum beneficialium,
vel criminalium priuationem beneficiorum cõcernentium, eorumque affines,
& familiares, beneficia illa impetrare non possint, fuisse prouisum per Pij IV. cõ-
stitutionem fol. 682. in Bullar. tenoris sequent.

Pij IV.
Cõgruit
ti. de præ-
ben.

Cupientes vnicuique iustitiam, prout par est, aqua lance ministrari, & omnem
delinquendi occasionem ab ipsius iustitia ministris, præsertim Iudicibus in benefi-
cialibus, & etiam criminalibus priuationem beneficiorum Ecclesiasticorum concer-
nentibus causis tam a Sede Apostolica, & eius legatis, & vice legatis quam alias
quomodolibet, & a quibuscunque pro tempore deputatis, seu ad quos illarum cog-
nitio tam de iure, quam de consuetudine etiam ratione eorum, quæ obtinent officiorum
& alias quomodolibet pertinet, & pertinebit seu quibus causa ipsa tam Apostolica
quam alia auctoritate commissa sunt, & pro tempore committentur penitus remo-
ueri, ac eorum fraudibus obuiare & animarum saluti quantum cum Deo possumus
salubriter cõsulere, & certa nostra scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine
decernimus, & declaramus quoscunque iudices etiam S. R. E. Cardinales, nec non
causarum Palatii Apostolici Auditores seu Locatenentes, & vtriusque seu alterius
signature Referendarios, & quosuis alios etiam Archiepiscopali, Patriarchali, aut
alia etiam maiori dignitate, etiam legationis munere fungentes ad audiendum, co-
gnoscendum, & dicendum causas super quibusuis Ecclesiis Monasterijs, Priorati-
bus, & alijs beneficijs ecclesiasticis tam in Rom. Curia quam extra eam quomodoli-
bet hætenus, motas etiam priuationem eorundem concernentes, & in futurum mo-
nendas, tam a dicta Sede eiusque Legatis, seu Vicelegatis prædictis, ac tã Apostoli-
ca quam ordinaria aut alia auctoritate, & a quibusuis in dicta Curia, & extra eã,
uel alias ubilibet pro tempore deputatos seu ad quos similium causarum decisio seu
qualiscunque cognitio etiam quomodolibet, vt præfertur spectat, & spectabit in fu-
turum; aut quibus illas quouis modo audiendas, cognoscendas, & dicendas, & vt
præfertur, alias committi contingerit, nec non eorundem Cardinalium, Auditorum,
Locatenentium, Referendariorum, & aliorum, vt præfertur qualificatorum Iudi-
cum huiusmodi nepotes, consanguineos, affines, procuratores sollicitatores ac dome-
sticos, vel familiares, cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, &
etiam ex quorum sententijs priuationes ecclesiarum, monasteriorum prioratuum, &
beneficio-

beneficiorum huiusmodi, aut alias emanauerint, ac emanabunt eorum per priuationem eandem, aut alias quomodolibet occurrenda vacatione, nullo vnquam tempore a nobis, seu Sede, aut alijs legatis predictis, vel quibusuis illarum Ordinarijs Collatoribus impetrare, aut ab alijs impetrari, seu sibi conferri, & de illis prouideri facere quoquomodo posse seu debere, sed illos penitus ad illa in posterum obtinenda inhabiles fore, & esse, ac quascunq; impetrationes sic ab eis etiam, vt præfertur, qualificatis, necnon collationes, & prouisiones, ac quasuis alias dispositiones aut alias concessionis de ecclesijs, monasterijs, prioratib. & beneficijs huiusmodi etiam per nos aut prædecessores nostros, etiam motu, & potestatis plenitudine similib. hætenus quomodolibet factas, & in posterum faciendas, nullas irritas, & inanes nulliusq; roboris, & momenti existere, nullumq; per illas eis ius questitum fuisse, fore, aut esse seu dici, vel censi, ac de annali, & triennali possessore, aut alias Cancell. Aposto. regulas, seu alias Constitutiones eis aduersus præmissa nullatenus suffragari posse sed illos eis sic impetratis omnino priuatos, & ab eis amouendos esse, prout nos harum serie priuamus, & amouemus, ac priuatos, & amotos esse denunciamus, & ita &c. Non obstantibus &c.

BENEFICIORVM RESERVATIO.

PRÆTER Summissas sciendum est quod quibusuis Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Ordinarijs in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub suspensionis a diuinis, & interdicti ingressus ecclesiæ quo ad Archiepiscopos, & Episcopos, quo vero ad alios inferiores etiam sub excommunicationis, & alijs arbitrii nostri, & quod ad omnes sub priuationis facultatis conferendi beneficia in eorum mensibus pro tempore vacantia pœnis districte præcipimus, & inhibemus ne beneficia dispositioni Apostolicæ reseruata, seu affecta quouis prætextu, causa aut qualito colore cuiquam conferre, seu de illis prouidere aut in illis, seu eorum possessione sese intramittere quoquomodo audeant vel præsumant, inquit Pius Quartus in Constitutionibus sub die 22. & 25. Aprilis 1561. fol. 699. in Bull. incip. Volentes, & in alia incip. Cupientes, & Pius V. fol. 1008. in Bullario vide supra in verbo beneficiorum possessio & illas Pii Quinti, vide infra in fine huius verbi Beneficiorum reseruatio. Et nota pro ampliacione extrauag. com. Pauli Secundi de præb. sub quo titulo etiam habetur extrauag. Benedicti xii. incip. Ad regimen, & Ioannis 22. incip. Execrabilis. vbi de beneficijs Sedi Apostolicæ reseruatis. In c. 2. a 3. & in c. præfenti, de præb. in 6. tractatur de vacantibus in curia & ac in extrauag. comm. Bonif. 8. eodem tit. Aliæ reseruaciones sunt in regulis Cancellariæ quas habes infra in verbo Regulæ Cancellariæ ac collatores scire oportet b & dictæ Bullæ Pii 4. & 5. loquuntur quando tempore vacationis fructus spectant ad Cameram Apostolicam.

cong. tit. de præb.

Nota etiam quod nulliter prouisus ab ordinario de beneficio seruato impetratione postea faciendâ a Papa oportet mentionem facere de nulla collatione facta ab ordinarijs alias est inualida vt per AEnçâ de falconibus in tract. reseruac. benef. in 35. effectu: fol. 48.

Reseruatio beneficiorum vacantium, & quæ in posterum vacabunt Sede Episcopali vacante fuit facta per Constitutionem Pii V. incip. Sanctissimus, vt in Bull. fol. 167.

Rursus omnia beneficia vacantia propter crimen hæresis sunt reseruata Sedi Apostolicæ per Constitutionem Pii V.

Bulla

*Bulla Sanctiss. D. N. D. Pij diuina prouidentia Papa Quinti super
reseruatione beneficiorum.*

Pius Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVM ex Apostolatus officio nobis (meritis licet imparibus) credito, cura dominici gregis nobis immineat generalis, & exinde teneamur, more vigilis pastoris, vigilare, & attentius prouidere, vt Ecclesijs, Monasterijs, & quibusuis alijs beneficijs ecclesiasticis nunc & pro tempore, propter crimen hæresis, vacantibus, & vacaturis, tales viri eis præficiantur idonei, qui detestandas ac nefarias hæreses diabolo d'feminante contra veram, & orthodoxam fidei puritatem extorcas, de agro Domini extirpare, & populos tibi commissos ad catholicam Ecclesiam veritatem reducere, doctrina, verbo, & boni operis exemplo valeant. Præmissorum itaque consideratione inducti, & alijs ad id suadentibus rationabilibus causis, nonnullis etiam prædecessorum nostrorum vestigijs inhatendo, Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra volûtate, & deliberatione omnia & singula beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorumuis ordinum etiam Sancti Iohannis Hierosolymitani, & aliarum quarumuis militiarum regularia quęcunque & qualiacunque sint, etiam si sæcularia, canonicatus, & præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia in cathedralibus etiam metropolitanis, vel collegiatis, & dignitates ipsæ in cathedralibus etiam Metropolitanis post pontificales maiores, seu collegiatis ecclesijs huiusmodi principales, Regularia vero beneficia huiusmodi monasteria etiam consistorialia, prioratus, præpositura, præpositus, dignitates etiam conuentuales, personatus, administrationes, vel officia etiam claustralia, ac hospitalia, & præceptorat, & alias quomodocunque qualificata fuerint, ordinationi, & dispensationi nostræ, & Sedis Apostolicæ hac per petua Constitutione valitura auctoritate Apostolica tenore præsentium reseruamus, Declarantes omnes & quascunque impetrationes de beneficijs vt præfertur, quomodocunque qualificatis certo modo in futurum faciendas, & obtinendas, beneficia huiusmodi propter hæresim vacantia, & in futurum vacatura non comprehendere, nisi specialiter, & dispositione vacationis modus propter crimen hæresis expressus fuerit, & illum nullo modo sub quibusuis clausulis, & decretis comprehendere quatumcunque generalibus in quibusuis gratiis & concessionibus per nos & Romanos Pontifices successores nostros faciendis, etiam per fiat signatis & concessis, Ac decernentes omnes & quascunque impetrationes de quibusuis beneficijs, vt præfertur qualificatis hætenus factas, & obtentas, nisi earum vigore in iudicio per impetrantes crimen huiusmodi deductum fuerit, & super eo sententiam fauorabilem obtinuerint, vel dictorum beneficiorum possessionem assequuti fuerint, ad vacationem huiusmodi propter crimen hæresis se non extendere, & illum neminem comprehendere, licet per quoscunque iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales iudicari, & interpretari debere. Irritum quoque & inane si secus per quoscunque quauis dignitate & auctoritate præditos, iudicatum fuerit, decernimus. Volumus autem quod præsentis literæ in Cancellaria nostra Apostolica, & acie campi Floræ de more publicentur, & inter Constitutiones perpetuo valituras describantur. Et quia difficile foret præsentis ad singula quęque loca deferri, Volumus & etiam de
claramus,

claramus, quod earum transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarii subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si foret exhibitæ, vel ostendæ. Nulli ergo omnino hominû liceat hanc paginam nostræ reservationis, declarationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ, Apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quingentesimo, sexagesimo sexto, sexto Kalen. Februarii. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Ca. Glorierius.

Visa de Curia Io. Rouetius R.

H. Cumyn.

Registrata apud Casarem Secretarium.

Locus ✕ sigilli plumbei.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo, quingentesimo, sexagesimo septimo, In dictione decima, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris Pii Papæ Quinti Anno secundo, die vero decima septima mensis Februarii. Retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ per nos Antonium Clerici, & Io. Andream Rogerium prædicti Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores Scipio de Octavianis Magister Cursorum.

Gregorius autem xiii. annullauit collationes beneficiorum personis prohibitis propter genus, aut hæresim & a fide apostasiam, & sunt reseruata vt in eius constit. publicata Romæ die 18. Nouembri 1580. incip. In ecclesiis, fol. 1297. in Bullario.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam

In ecclesiis præsertim insignibus, hoc magnopere curandum est, ut sacerdotes, & persone, salubribus earû institutis cõuenientes ordinentur, quod quantum in nobis est enitumur, adque eos ab illis repellendos in primis contemnimus, qui propter genus, aut hæresim, & a fide Apostasiam, siue proprio, siue stirpis, siue cognatorum vitio contaminati, per canonicas sanctiones, aut statuta ab hac Sede firmata, aut Apostolica priuilegia prædictis ecclesiis prohibentur. Sed nobis negotiorum magnitudine distentis, huius generis nonnulli ad illarum sacerdotia frequenter obrepant, inter quos quidam existimationis suæ prodigi, & si se ab illis expulsam iri sciant, spe tamen in concessa præsumunt, se inde, vel permutacione, vel quoquo pacto, beneficium, pensionem, aut quid aliud exacturos. Nos malum hoc, quo dictæ ecclesiæ sepius diuexantur penitus euellere uolentes, præsentiam auctoritate decernimus omnes, & quascumque Apostolicas, nec non legatorum dictæ sedis, & a horum omnium ab ea facultatem disponendi habentium, ac etiam ordinarias dispositiones dignitatum, præbendarum, Beneficiorum, & officiorum eiusmodi ecclesiarû in quascumq; personas, sic infectas, & per huiusmodi sanctiones seu statuta, vel priuilegia, vt præfertur, inhabiles vires, & effectû

DON

non habere, personaſq; huiusmodi illarū proſus vſu, & comodo carere, Beneficia que ipſa, vt prius vacare, & qua ex illis tempore diſpoſitionis Apoſtolice prædictis perſonis, illi reſeruata fuerint, vel affecta ſub eadem reſeruatione vel affectione manere, & tam illa, quam etiam omnia alia non reſeruata, neque affecta, de quibus ab ipſa ſede, ac legatis, & aliis facultatem habentibus prædictis, in huiusmodi perſonas quomodocumque diſpoſitum fuerit, ad nouam Romani Pontificis diſpoſitionem duntaxat pertinere, eaque ab aliis idoneis, ab ipſa ſede duntaxat, libere impetrari poſſe, Impetrationes tamen, ac etiam motu proprio conſeſſiones, niſi modus vacationis, nec nō caſus, ac decretum huiusmodi, nō conditionaliter aut per æquipollens, ſed definite nominatim, ac diſpoſitiue in illis exprimantur, omnino non valere ab ordinarijs vero (ceſſantibus reſeruationibus, vel affectionibus Apoſtolicis) pro tempore collata, deuolutioni, iuxta Lateranenſis ſtatuta Concilij ſubiacere, nec non irritum, & inane quicquid ſecus per quoscuque ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari. Reſeruationibus Apoſtolicis fructuum, penſionum, & aliarum rerum huiusmodi Beneficiorum in perſonas idoneas, etiam de huiusmodi contaminatorum conſenſu factis, eiſdemque ab illis interim præſtitis, vel ſolutis nihilominus valituris. Nemo autē ignorantem præſtendēs, valeat excuſari, cum prædictæ prohibitiones ſatis manifeſtæ ſint, & quiſque ante petitionem, vel acceptationem Beneficiorum huiusmodi, nau illorum capax ſit debeat ſe probare. Nulli ergo omnino dominum liceat hanc paginam noſtri decreti infringere vel ei auſu temerario contra inc. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, Indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Milieſimo quingentefimo octuageſimo id. Nouembris Pontificatus noſtri anno nono M. Datarius Cæ Glorierius A de Alexiis.

Item omnia beneficia recepta in confidentiam vacant ipſo iure, & ſunt reſeruata Sedi Apoſtolicæ per Conſtit. Pij Quarti incip. Rotnanum Pontificem, fol. 820. & per Conſtit. Pij V. incip. Intolerabilis. fol. 105 1. in Bullario & vide infra in verbo Simonia.

c Etiam beneficia parochialia collata nō ſeruata forma Conc. Trid. ſeſſ. 24. de ref. c. 18. ſunt reſeruata vt ſtatuit Pius V. in eius conſtit. incip. In cōferendis & vide in ver. Beneficiorum parochialium collatio. Alia beneficia reſeruata refert Pariſ. de reſign. benef. libr. 2. quæſt. 6. poſt Mando. ſup. reg. Cancel. to. 1. & Hieroni. Gonzalez ſuper 8. reg. Cancel. glo. 5 1. fol. 590. vbi in gloſſa ſeq. quando beneficia dicantur affecta fol. 602.

a **ADDITIONE.** Quomodo ad hunc effectum reſeruationis curia intelligi debeat adde Gomes. in reg. de trien. poſſeſſ. quæſtio. 3 1. verſ. ſed antequam ſpecialia. & Mandos. in quæſtion. 2. 5. reg. reſeruatur, & an ſit idem beneficia vacare in curia, & apud Sedem Apoſtolicam Couarr. in lib. præct. quæſt. cap. 36. ſub numero 3. Limita vt ſub huiusmodi reſeruatione non cadant beneficia illa quibus ex erectione, vel fundatione, aut alijs Conſtitut. requiruntur aliqua qualitates, ſeu certa onera iniuncta ſunt, vt ſunt præbendæ theologales, pro Magiſtro, & ſim. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reſo. c. 5. in cuius ſine dicitur, vt prouiſio de eis facta ſubreptitia cenſeatur, & hoc multum conducere ex mente Couarr. loc. cit. Secundo limita vt non comprehendantur beneficia quæ ſunt de menſa episcopali declarando vt per Aene. de Falcon. in tract. reſer. 3. q. prin. num. 1. & 2. quæ vero talia ſint, vide gloſ. in clem. frequens in ver. ad menſam, & ibi Card. Zabar. de exceſſ. præl. & eundem Zabar. cum gl. in clem. quia regulares in ver. de menſa de ſupp. neglig. præl. & Pau. Ro. in tract. de penſ. c. 1. nu. 7.

Tertio

Tertio limita in terminis c. si apostolica de preb. in 6. Quid autem dicendum sit in beneficijs iuris patronatus laicorum vacantibus in curia prater Doc. h. c. 2. de preb. in 6. adde Staph. de lit. grat. tit. de mod. & for. impet. nu. 7. & infra Lap. alleg. 96. Rebuff. in 3. par. signat. ver. nec non iuris patronatus Mandos. in reg. 1. Cancel. q. 10. & in trac. de signa. grat. ver. Derogationes iuris patronatus Lambert. in tract. de iure patron. q. 6. prima par. lib. 2. art. 12. Paris. de resign. benef. lib. 2. q. 4. nu. 45. & inf. & denique Couar. d. c. 36. num. 4. & 7.

Controuertitur tamen inter aliquos num. capitu Statutum. de preb. in 6. disponens (quod si Papa beneficia vacantia incuria per mensem a die vacationis numerandum non conferat possint illa conferri ab illis ad quos collatio pertinebat) sit reuocatum, & correctum per iura noua nempe per extrauag. in c. Ex debito, de elec. & extrau. inc. Praesollicitudinis de preb. inter com. quam controuersiam ceteris omis- sis videre poteris per Staph. in tract. de grat. & expectat. sub num. 28. per Mand. in add. ad Lap. alleg. 96. lit. e. & per Aen. de Falcon. in tract. de reseru. q. 4. prin. nu. 2. in 6. effect. poterit tamen defendi & corroborari opinio inclinantium in fauorem Epi- scoporum ea & potissimum ratione, quia cum c. Statutum nihil de nouo concedat eo, quod potestas Episcoporum reducatur ad suum ius primarium iuxta tex. in c. perue- nit. 11. q. 1. cum similib. & res. de facili ad naturam suam reuertatur c. ab exordio 35. dist. 1. si vnus S. pactus. ne peteret. ubi Iason ff. de pact. & hoc esse fauorabile per plu- rum probat. Felin. in c. cum omnes. num. 8. de const. & per consequens potius amplian- dum quam restringendum vulgat. iuribus.

b Quae sint causae propter quas Summi Pontifices inducti fuerunt ad faciendas huius- modi reservationes vide per Card. Simon. in tract. reseru. benef. questio. 3. Quae be- neficia sio. reseruata intellige ut semper durent affecta etiam per obitum ipsorum Pontificum, & ipsa Romana Sede vacante ut in extrauag. incip. ad Romani Ponti- cis inter com. sub tit. de preb. & extat. regula. tit. de preb. nona incip. Item declarauit licet talis affectio multoties nascatur ex appositione manus Papae cui datum est in prerogatiuam suprema potestatis ut in quibus ipse manum apposuerit alij se intro- mittere non possint, ut in cap. nostrum. de appel. & plenius per Mandos. q. 5. prog. reg. Cancel.

c Quae constitutio est in viridi obseruantia referente Parisio. in tract. de resign. be- nef. lib. 8. q. 9. sub num. 79. & ad interpretationem dicti decreti Conc. Trid. disponen- tis in vacatione ecclesiarum parochialium debere fieri examen per concursum vide Fusc. in tract. de visit. lib. 2. c. 5. & eundem Paris. d. q. 9. & libr. 10. q. 7. in quibus lo- cis ad intelligentiam dicti decreti prater alia scitu digna & necessaria satis notabi- liter congerit quamplures decisiones Illustrissimorum Cardinalium deputatorum su- per declaratione Conc. Trid. ponens etiam formulam Edicti circa examen eorum qui ecclesiae parochiali praeficiendi sunt.

Insuper quod atinet ad materiam reservationis beneficiorum Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 19. annullat. & prohibet mentales reservationes quas declarant Cassado. decis. 4. cum tribus seq. sub tit. de reseru. & Mandos. q. 4. & 15. num. 7. 11. reg. Can- cel. & explicat Sim. in tract. reseruatio. benef. quest. 4. & 15. fol. 20. & 72.

*Pius Papa IIII Dilecto filio Donato Matthæo Minali Thesaurario, ac spoli-
 orum, & iurium Camera Apostolica in tota Italia collectore generali no-
 stro. Dilecte fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Volentes ne Beneficia ecclesiastica dispositioni Apost. reservata, in quibus collectores, & subcollectores spoliorum, & iurium Camera Apostolica esse consueverunt pro tempore vacantia ab ullis personis, quæ sua non sunt que rentibus indebite occupentur, oportune providere, Te de cuius fide, solertia, & diligentia, plurimum in Domino confidimus, nostrum, & eiusdem Camera Commissarium, ad infra scripta omnia, & singula faciendâ, & gerendâ Auctoritate Apostolica tenore præsentium constituimus, & deputamus. Tibi mandantes, quatenus per te, vel subcollectores tuos viros Ecclesiasticos, nostro, & dictæ Camera nomine omnium, & singulorum Beneficiorum cum cura, & sine cura secularium, & quorumvis ordinum regularium, nostræ, & Sedis Apostolicæ dispositioni, tam per constitutiones Apostolicas, quam Cancellariæ Apostolicæ regulas editas, & edendas, seu alias quomodocumque, & qualitercumque reservatorum, seu affectorum in dictis Italiae partibus, earumque Civitatibus, & diocesis, & consistentiis, per obitum etiam apud Sedem Apostolicam, quorumcunque illa in titulum, seu commendam, aut alias quomodolibet obtinendum, & possidentium, pro tempore vacantium, etiam si secularia, canonica, & præbenda, dignitates etiam maiores, & principales, seu simplicia, vel alias quomodolibet nuncupata, regularia vero Beneficia huiusmodi, monasteria, & confistorialia, prioratus, prepositura, præpositatus, dignitates, etiam conventuales personatus, administrationes, vel officia, etiam claustralia, ac tam illa, quam alia Beneficia præfata curata, & electiva, & etiam litigiosa fuerint, statim habita notitia vacationis huiusmodi præsentium vigore realem, & actualem possessionem capias, & apprehendas, & captam, & apprehensam, amoris ex inde, etiam absque vitio spoli, quibusvis (præterquam auctoritate Apostolica prouisis) de temptoribus, & intrusis, quos si de iure eorum in petitorio, vel possessorio experiri voluerint, in Romana curia attenda reservatione huiusmodi iudicialiter agere mandamus, teneas, & conserues, & eorumdem Beneficiorum fructus, redditus, & proventus exigas, percipias, & leues, ipsamque possessionem cum dictis fructibus sic exactis illis tradas, & relaxes, qui literas collationis, seu commendæ nostræ sub plumbo expeditas tibi exhibuerint, & præsentauerint, & quo ad litigiosa, cui de iure tradenda fuerint, contradictores quoslibet, non prouisos, vi præfertur, & rebelles, & in dictis beneficijs intrusos, ac tibi, vel a te deputandis in præmissis non parces, eisq; auxilium, consilium, vel fauorem præstantes, cuiuscunque dignitatis, etiam episcopalis, vel maioris, ac status, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, per censuras, & interdicta, ac alias penas ecclesiasticas a personis ecclesiasticis per te eligendis huiusmodi fulminandas, ac priuationis Beneficiorum per eos obtentorum, inhabilitatisque ad illa, & alia in posterum obtinenda, ac pecuniariis non arbitrario moderandas, & applicandas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras, & penas huiusmodi etiam iteratis vicibus aggraуando, inuocato etiã ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, & nihilominus, ne aliquod impedimentum huic nostræ ordinationi occurrat, Quibus vis Archiepiscopis, & alijs locorum ordinarijs, in virtute Sanctæ obedientiæ, ac suspensionis a diuinis, & in-

& interdicti ingressus ecclesie, quo ad Archiepiscopos, & episcopos, quo ad vero alios inferiores etiam sub excommunicationis, & alij arbitrij nostri, & quo ad omnes sub privationis facultatis conferendi Beneficia in eorum mentibus, pro tempore vacantia pœnis districte præcipimus, & inhibemus, ne beneficia dispositioni Apostolicæ reservata seu affecta prædicta, quovis prætextu, causa, aut quavis colore cuiquam conferre, seu de illis prævidere, aut in illis eorum possessione sese intromittere quoquomodo audeant, vel præsumant. Sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque quavis auctoritate fungentes iudices, commissarios, & personas, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus felicitis recordationis Bonifacij Papa. VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus diebus, dummodo non ultra tres aliquis auctoritate presentium ad iudicium trahatur, & alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis quibusvis personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis concessis, & confirmatis, (quibus omnibus eorum tenores, presentibus pro sufficenter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus) ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit se de indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, volumus autem quod Beneficia prædicta, quam diu in manibus subcollectorum, vel aliorum a te deputatorum fuerint, debitis propterea non fraudentur obsequiis, & animorum cura, si qua illis imminet nullatenus negligantur, sed illorum congrue supportentur onera cõsuetæ, quod quæ trãsumptis presentium manu Notarij publici subscriptis, & tuo sigillo munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem presentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel ostensæ. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vigesima secunda Aprilis millesimo, quingentesimo sexagesimo primo, pontificatus nostri anno secundo.

Cę. Gloricius.

Bulla Pij Papa IV.

Pius Papa IIII. ad futuram rei memoriam. Cupientes malitiis nonnullorum qui in possessione Monasteriorum, & aliorum Beneficiorum ecclesiasticorum Dispositioni Apostolicæ reservatorum, pro tempore vacantium sine iusto titulo, ac sine literis Apostolicis ut illorum fructus durante vacatione huiusmodi vsurpent, se intrudere non verentur occurrere, & Camera nostræ Apostolicæ gravissimis oneribus in aliqua parte subleuandis, quantum cum Deo possumus consulere. Motu proprio, & ex certa scientiam, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulos fructus, redditus, & proventus, ac iure obventiones, & emolumenta quacunque, quomodo liber, & qualitercumque nuncupata, omnium, & singulorum monasteriorum etiã Conventualium, & beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, secularium, & quorumvis ordinum regularium nobis, & Sedi Apostolicæ, tam per Cõstitutiones Apostolicas, quam Cancellariæ Apostolicæ regulas editas, & edendas, seu alias quomodolibet, & ex qua vis causa generaliter, vel specialiter reservato-

rum

rum, seu affectorum in partibus Italiae, in quibus Collectores, & subcollectores spoliatorum, & iurium, Camerae Apostolicae praedictae esse consueverunt, ac earum Ciuitatibus, & Dioc. consistentium, per obitum, & alias quouis modo praeterquam per cessum illa obtinentium, pro tempore vacantium, a die ipsorum Monasteriorum, & Beneficiorum vacationis, pro rata temporis usque ad diem prouisionis, seu Comendae de eisdem Beneficijs, & Monasterijs per nos faciendae, de qua per literas nostras sub plübo, & non aliter constare debere volumus, eidem Camerae Auctoritate Apostolica tenore praesentium reservamus, applicamus, incorporamus, & appropriamus, illaque ei reservata, applicata, incorporata, & appropriata esse, & fore, & ad illam spectare, & pertinere, nullumque praeter nos, & dictam Camerae, aut dilectum filium Donatum Mattheum minalem, ac pro tempore existentem Thesaurarium nostrum, ac spoliatorum, & aliorum iurium ipsius Camerae Collectorem generalem, vel eius subcollectores ea praecipere, exigere, & recuperare, aut alias se in illis intromittere posse, aut debere, tenore praesentium statuimus, & ordinamus, & nihilominus, ne aliquod impedimentum huic nostrae ordinationi, occurrat, quibusuis Archiepiscopis, episcopis, & alijs locorum ordinarijs, in virtute sanctae obedientiae, ac sub suspensionis a diuinis, & interdicti ingressus ecclesiae, quo ad Archiepiscopos, & episcopos, quo ad vero alios inferiores, etiam sub excommunicationis, & alijs arbitrij nostri, & quo ad omnes sub priuationis facultatis conferendi Beneficia in eorum mentibus pro tempore vacantea poenis districte praecipimus, & inhibemus ne Beneficia dispositioni Apostolicae reservata, seu affecta praedicta, quouis praetextu, causa, aut quaesito colore cuiquam conferre, seu de illis prouidere, aut in illis, vel eorum possessione, fere intromittere quoquomodo audeant, vel praesumant, sicque in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque quauis auctoritate fungentes iudices, Comissarios, & personas, sublata eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, Irritum quoque, & inane decernimus si secus super his a quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes eidem Donato Mattheo, & pro tempore existenti Thesaurario, & collectori, ut nostro, & dictae Camerae nomine, fructus, redditus, proventus, iura, obventiones, & emolumenta huiusmodi, per se, vel eius sub collectores praedictos, etiam propria auctoritate, exigat, percipiat, & leuet, sibi que nihilominus consignari, & tradi ab omnibus ad quorum manus prouenerint pro rata praedicta, per censuras, & poenas ecclesiasticas, per personas ecclesiasticas ab eo eligendas, fulminandas, & alia oportuna iuris, & facti remedia, quacumque appellatione postposita, faciat, & curet, inuocato etiam si opus fuerit auxilio brachij secularis, super quibus omnibus, & singulis, plenam, & liberam illi per praesentes concedimus facultatem, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac monasteriorum, & illorum ordinum ac beneficiorum praedictorum, etiam in iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis, & quibusuis alijs personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis irritantibusque, & alijs decretis, etiam motu, & scientia similibus concessis, confirmatis, & in nouatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quauis alia expressio

expressio habenda foret. tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice duntaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus, illaque aduersus præmissa nullatenus suffragari posse, siue debere decernimus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod ea fructibus, redditibus, & proventibus per dictum Thesaurarium, & etiam deputatos pro rata huiusmodi percipiendis onera quæcunque dictis beneficijs in cumbentia, similiter pro rata temporis supportari debeant, quodque præsentium manu Notarij publici subscriptis transumptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constituta, seu curiæ ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostense. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 25. Aprilis 1561. Pontificatus nostri anno secundo Cæ Glorietus.

BLASPHEMIA.

PRÆTER Summissas sciendum est, quod quicumque clericus Deum, & D. N. Iesum Christum, vel gloriosam Virginem Mariam eius genitricem expresse Blasphemauerit pro prima vice fructibus unius anni omnium, & quorumcunque beneficiorum suorum pro secunda beneficijs priuetur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exiliū mittatur. Quod si clericus nullum obtinuerit beneficium pœna pecuniaria uel corporali pro prima uice puniatur, pro secunda carceribus mancipetur pro tertia uerbaliter degradetur, & ad triremes mittatur. Qui reliquos sanctos blasphemauerit pro qualitate blasphemie, atque personæ arbitrio iudicis puniatur. Pij V. constitutione cauetur Leonis X. in Concil. Lateranensi statuta innouando, fol. 9. in Bullar. incip. Cum primum §. ad abolendā, & de dicti Concilij statuto fol. 194. in Bullar. meminertunt & ad literam referunt Diaz. in pract. crim. cap. 110. in verbo Blasphem. Nauar. in cap. inter uerba, 11. quæst. corol. 57. num. 148 & in Couar. in c. quamuis pactum, par. 1. §. 7. sub nu. 10. de pact. in 6. de hac Pij V. constitutione uide Farinac. in pract. crim. in titu. de delictis, & pœnis q. 20. sub nu. 63. de Blasphemijs, & flagitijs Iudæorum, in qua hereticæ prauitatis inquisitores animaduertunt extat Gregor. xij. statutum Romæ publicarum die x. Junij 1581. Incip. Antiqua, fol. 1305. in Bull. & uide Abb. in capit. gaudemus. de diuor. posui in verbo Iudei.

AD DITIO. Pœnas contra Blasphemantes impositas præter Diaz. in d. c. 110. eas diligenter recensent Boer dccif. 30. num. 9. 10. & 19. & Couar. in d. §. 7. nu. 10. & 11. & ratio quare pœna statuta in cap. 2. de maled. non habeat locum quo ad clericos prout communiter teneri attestatur ibi Abb. num. 8. est. ne propter publicam illam satisfactionem uilescat dignitas ordinis clericalis. Iul. Clar. in pract. criminal. §. Blasphemia num. 3. Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. loc. cit. uerb. clericos non subire Quibus adde quod de iure nouissimo Pragm. Regni Neap. quo ad laicos est pœna triennium per quatuor annos, & hac est inuidi obseruantia super cuius Pragm. commentario plura notatu digna Alex. Moman d. resapten congerit. De iure canonico nouissimo est illa quæ continetur in d. Conc. Lateranen. & in d. const. Pij V. est tamen animaduertendum quod uerba illa Bullæ pro prima uice interpretanda sunt pro prima uice punitionis, & nõ Blasphemie etiam si clericus fuerit pro illa prima uice inquisitus, quod pluries Blasphemasset, quia Bulla uidetur habere respectum ad correctionem clericarum ad quod facit text. in c. graue de præb. ibi post primam. & secundam correctionem. Et ad hoc ut quis dicatur consuetus Blasphemare non

K

sufficit

sufficit quod per duas vel tres vices id crimen commiserit Alex. cons. 72 in 1. no. nu. 8. & quæ sit ratio specialitatis vide per Rocch. Curt. in rubr. de consuetud. q. 5. num. 36. Boer. in d. decis. 301 sub num. 11 sed ad inducendum prauum vsu, & vitiosum habitum blasphemandi requiruntur multo plures reiterationes. Ias. in l. ait prator, §. iuravi num. 14. ff. de iureiur. Menoch lib. 2. de arbitr. iud. 4 cent. cas. 375. In super ad sciendum an clericum a prædictis pœnis excuset vel saltem operentur ut cum eo mitius esset agendum regionis consuetudo ex frequenti vsu hominum illius loquentium quibusdam verbis in contemptum Dei tendentibus, lubricum lingua, & præsertim in eo qui non perfecit blasphemiam, & statim se pœnituit, & ad hoc ut excuset iracundiæ calor quib. esse debeat circumstantiis vallatus præter præalleg. doct. in præd. loc. quare etiam apud Alex. cons. 15. ante fi. vol. 3. Afflict. in constit. Regni blasphemantes num. 5. & 10. Cauens super Pragm. 50. Regis Ferdinandi nu. 6. Græ. decis. 50. plenius per Foller. in pract. cens. in ver. Niclaus Episcopus a nu. 59. vsq. 67. Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 60. num. 6. & Io. Franc. Ponzibium in tract. de lamijs sub num. 86. Si quis calore iracundiæ pluries vno instanti blasphemat. præsumitur quod semel tantum blasphemauerit Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 2. num. 27.

BONA NAVFRAGANTIVM.

Cõgruit
tit. de ra
pro seu
de fur.

Pater Summissas sciendum est, quod raptores prædictorum bonorum sunt excommunicati, & absolutio est referuata Papæ in Bulla cænæ, nam licet antea fuisset lata, nõ tamen erat referuata, ut in cap. excommunicationi, de raptor. & declarat Nauar. in manu. confess. cap. 27. num. 60. & num. 118. & contra tales raptores prouisum est in Regno Neap. per Constit. Rapinas eorum, vbi Afflict. eorumque dominis succurritur pro conseruatione bonorum per Constit. Dohanæ de secretis, quantum vero attinet ad excommunicationem Papalem non incurritur si furtum non excedit duos aureos quamuis peccet mortaliter, ita tenuit Præceptor meus Pater Marius Andria in expositione d. Bullæ per tex. in l. si oleu. §. fin. cum l. seq. ff. de dolo. Sed per decretum sacre congregationis relatum in fra in verbo casus referuati contra præsumentes absoluere ab vilo ex casibus, clare vel dubie in Bulla die cænæ Domini, consulerem pro tuiori absolutioem obtinendam esse a Summo Pontifice; quando tamen furtum bonorum naufragantium ascenderet ad eam quantitatem, quæ sit peccatum mortale, Vgolinus de censuris in expositione d. Bullæ. c. 4. vers. 7. fol. 143. Cum hunc casum conferrem cum admodum Reuer. Patre Philippo Pantaleone lectore casuum conscientia Primario in collegio societatis Iesu ita respondit.

Quamuis excommunicatio non pro paruis, & leuibus causis sit ferenda c. episcopi, & c. nullus. 15. q. 3. & per Trid. Concil. sess. 25. c. 3. de refor. cautum sit monitoria sub excommunicatione pro rebus ablatis restituendis concedenda non esse pro re vulgari, atque in nonnullis ecclesijs per synodales etiam constitutiones sit statutum ne pro re, quæ minoris sit certa quadam quantitate quis excommunicetur, quarum meminit Nauar. c. 17. num. 3. & sic etiam per curiam Romanam seruat. nihilominus vbi statuto, vel sententia ecclesiastica generaliter sub excommunicationis pœna furtum prohibetur quicumque mortale furtum committeret, eadem censura l. garetur secundum Couar. in c. alma mater. 1. par. §. 9. num. 2. vers. quarto eadem ratione idque maxime confirmatur.

Primo

Primo quoniam nec Summus Pontifex in c. 2. de const. in 6. nec iura ciuilia quæ direptiones, & rapinas Naufragantium prohibuerunt, nec denique Doctores, qui eadem iura sunt interpretati distinxerunt de furto mortali magnæ aliquis quantitatis, sed quodcumque generaliter prohibuerunt.

Secundo quoniam etiam excommunicatione lata in iniicientes manus violentas in clericos in c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. ligat quoscunque mortale peccatum committentes in percutiendo etiam si sit leuis percussio in communi.

Tertio quoniam alioquin plures possent etiam seorsim, & sine vlla conspiratione, quantitatem solum sufficientem ad mortale peccatum ex naufragio subripere & nullus eorum excommunicationem incurreret, quamuis omnes notabile furtum fecissent, & sic indemnitati naufragantium non esset plene prouisum.

Quarto quoniam si peccata etiam leuia, & venialia ex rationabili causa, & pro communi bono possunt sub censura prohiberi iuxta Suarez tomo. 5. dispu. 20. sect. 2. dubio 1. circa finem, ergo multo magis prohiberi possunt sub excommunicatione peccata, & furti quæ solum pertingunt ad mortalia ex eadem iusta causa, quæ procul dubio adesse videtur in præsentia materia, cum direptio naufragantium bono communi plurimum nocet, & longe superat grauitatem omnium furorum, & rapinarum.

Quinto denique quod sic vbique seruetur, & recepta est præsens Bulla, ut conscientia omnium tellatur.

Saluo meliori &c.

Limitatur secundo, ut etiam non incuratur quando essent bona naufragorum non tamen Christianorum sed infidelium, Iudæorum, hæreticorum & aliorum quomodocunque Christiano nomini inimicorum. auth Nauigia, c. de furtis, & ex uerbis bullæ comprehenditur fuisse Sum. Pontificis intentionem prouidere bonis fidelium.

Tertio limitatur ut hæc excommunicatio maior non extendatur ad tertiam personam tam per Bullam Sixti V. quam Clem. 8. licet per Bullam Greg. 13. a Nauar. relata secus, ut ex eius uerbis palam colligitur, quamuis teneatur illa tertia persona cognito uero domino nauis, & rerum ablatarum illa restituere quæ a surripiente acceperat. uel emerat etiam nullo sibi soluto pretio, per text in l. incuilem. c. de fur. Quid dicendum in eo qui naufragium passus uenit ad terram, & aliquas res quas saluare potuit penes tertium deposuerit si ille postea negauerit dictum depositum quod ab ipso domino non possit sufficienter probari. an teneatur pœna huius Bullæ ac si res ipsas surripisset, illas contra domini uoluntatem retinendo Resp huic casum attentis uerbis Bullæ non uideri comprehendendi posse

Limitatur quarto ut nec etiam incuratur ex solo actû acceptationis talium bonorum animo conseruandi ea, & tradendi uero domino illius habita notitia, non autê usurpandi & in usum, ac proprium commodum conuertendi alias secus licet deinceps eum peniteat & mutato illa restituet siquidem per illam penitentiam excommunicatione non liberatur; sed opus est absolute arg. tex. in c. cum desideres. de senten. excommunic. declara banc 4. limitationem nisi adsit mora restituendi. 1. cum quis potest restituere, & non restituit gloss. fin in d. cap. excommunicationi, ratione per Caietanum assignata in uerbo excommunic. cap 23 propter quam cum sequitur Nauar. in d. capitu. 27. numer. 118 etiam si non præcedat

K 2 mo.

monitio pro dictis bonis ablatis restituendis cum Panormit. in d. capitu. excommunicationi distinguente, vt ibi per eum num. 2. in fine, communi tamen opinione in contrarium existente testantibus Syluest. in ver. excom. 7. §. 20. Rosel. in cod. verbo. el. 1. excom. 21. loquentibus attentis verbis d. c. excommunicationi de rapto, sed tu considera verba Bullæ die canē Domini nouissime promulgatæ. & quæ scripsit Suarez. de censuris disp. 21. sect. 2. censu. 4. fol. 366.

Quinto limitatur vt per hanc Bullam non intelligantur excommunicari putantes propter ignorantiam illa non esse bona naufragorum, sed aliorum, licet nolint restituere, & sint in mora restituendi. Nauar. in cons. 1. numer. 2. de penit. & remiss. in antiq. item per simplicitatem rapientes de dictis bonis credentes eis id licere ex alia causa, Sylu. & Rosel. in ver. naufragium Nauar. in man. c. 17. nu. 99.

Limitatur sexto, Quando Dominus illa bona habuerit pro derelictis amissa omni spe ea recuperandi. l. falsus. §. si iactum. ff. de fur. secus vero si illa proiecisset in mari propter procellam, & vim tempestatis ad nauem exonerandam, vt periculum euadat, quia tunc dominium remanet penes proprium dominum. l. qui leuandæ. ff. ad leg. Rhod. de iactu. quæ si quis acceperit animo retinendi. furtum committit. l. qua ratione. §. fin. ff. de acq. rer. dom. §. fin. inst. de rer. diuis. Abb. in cap. cum dilecti. de accusat. num. 11. in dubio autem non præsumitur habuisse illa pro derelictis l. interdum. §. 1. ff. de acquir. poss. ex reg. illa quia nemo putatur suum iactare l. cum de indebito ff. de probat. & quando censendum sit aliquid habitum pro derelicto vide text. in §. pen. instit. de rerum diuis. gloss. in l. si quis merces. ff. pro derelicto Syluest. in ver. inuenta. sub numer. 3. Rosel. in ver. Furtum. §. 12. Nauar. in manu. capitu. 17. sub numer. 99. & in hoc casu ad coniecturas esse reuertendum inquit Panor. loc. cit. vbi etiam Felin. numer. 6. quæ coniectura deprehendi possunt ex dictis eiusdem Nau. in d. capitu. 17. numer. 170. & 176. de quibus etiam habetur in lib. thesaur. cas. consc. in exposit. Bul. Can. c. 8. & per Bartholom. Vgol. in tract. de censuris Rom. Pont. reseruat. c. 4. §. 2.

Vide
Meno-
chium
lib. 5.
de præ-
sumpt.
20. nu.
5. Mol.
de inst.
ciu. dis-
put. 5.

Septimo, & denique limita in eo qui pro recuperandis talibus bonis quæ de sui natura statim erant peritura cuicumque periculo mortis exposuit vitam suam, & Dominus verisimiliter dicta bona per aliud medium, & viam non erat rehabiturus, ita ut possit tuta conscientia sibi illa retinere, Vgol. loc. cit. sub nu. 3. secus vero si illa salua fecisset sine ullo periculo uitæ, etiam si dominus illa bona, nec per se, nec per alium erat alias recuperaturus quia ex charitate tenebatur ad præbendum auxilium d. capitu. excommunicationi, ubi etiam gloss. & plenius in supra alleg. constit. Rapinas. debet tamen habere mercedem sui laboris iudicio boni iuri ita communiter Summisæ in ver. Naufragium & Nauar. d. c. 17. sub nu. 8. asserens etiam quod si fulminaretur excommu. contra habentes de talibus bonis, & si quis possit licite illa retinere ut in casu proxime dicto ostendatur saltem manifestare.

Omnibus & singulis utriusque Sexus Christi fidelibus, qui auxilium, consilium, & fauorem naufragium patientibus in reparatione, & conseruatione suorum bonorum præstiterint decem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis penitentibus misericorditer in domino relaxarunt Iuli. 2. Paul. 3. & Pius V. ut patet ex eius constitutionibus in Bulla fol. 442. 552. & 927.

BONA ECCLESIAE VSVRPANTES.

PRÆTER Summistas sciendum est vsurpatores tales esse excommunicatos, *Congr. tit. de*
 & absolutionem esse reseruatam Papæ, vt in Concil. Trid. de ref. sess. 22. c. *tit. de*
 11. & hodie est in bulla Cœnæ clausula 17. his verbis videlicet, *sen. ex*
nes seu fructus redditus, & prouentus ad nos, & Sedem Apostolicam, & quas-
cunque ecclesiasticas personas ratione ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum be-
neficiorum ecclesiasticorum pertinentes vsurpant, vel etiam quavis occasione, vel
causa sine Rom. Pont. vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expres-
sa licentia sequestrant.

ADDITIO. Verum ad hanc censuram incurrendam quinque conditiones re-
 quiri docent Caiet. in v. excommunicatio cap. 27. & Nauarr. in Mann. cap. 27. sub
 nu 71 vers. Sexta, explicantur etiam in lib. Thesaur. cas. consc. in expof. Bull. Can.
 cap. 21 & ille dicitur vsurpare qui sibi vendicat id quod ad eum non pertinet. glos.
 in c. multi 2. q. 1. cuius termini significatum quo ad præsentem materiam optime ex-
 plicat Vgolin in præalleg. tract. c. 17. nu. 4. & eod. c. §. 2. & quod vsurpantes iura ec-
 clesiastica tanquam sacrilegi iudicantur est rex in cap. conquestus de for. compet.

Item pœnam huius excommunicationis effugiet is, qui tanquam creditor, vt suū
 recuperet beneficij fructus capit. prout consuluit Nauarr. cons. 35. de sentent. ex-
 com. in antiq.

Postremam partem huius canonis intellige de sequestratione necessaria quæ fit
 iussu iudicis non autem de voluntaria quando partes inter se conueniunt vt seque-
 strum fiat ad quod non est necessarium licentiam postulare. Vgolin loc. proxime ci-
 tat. in fine. Secundo intellige vt non incidat in pœnam huius excommunicationis is
 qui id faciendum procurauit, quia sumus in dispositione pœnali, & ideo non debet
 fieri extensio de vno casu ad alium c. pœn. adde pœnit. dist. 1. Nauarr. cons. 34. de sent.
 excom. in antiq.

CAMPANA.

PRÆTER Summistas sciendum est per Leo. x. in Conc. generali Lateranen- *Congr.*
 si fol. 217. in Bulla, fuisse moderata Priuilegia Mendicantium, & inter alia fuit *tit. de*
 prou. sum, Vt debitus honor matrici Ecclesia reddatur, tam ipsi fratres quam *offi. cu-*
 alij clerici seculares etiam super hoc Apostolica Sedis priuilegio muniti die *sto. seu*
 Sabbati maioris hebdomadæ antequam Campana Cathedralis, vel matrieis Ec- *tit. de*
 clesia pulsauerit campanas in ecclesiis suis pulsare minime possint, contrafacientes *maio-*
 panam centum ducatorum incurrant. Quæ adde ad c. patentibus, de priuileg. *& obe-*
 & ad extrauag. lo. 22. in ep. Quia cunctos, inter communes, de off. custod. ceteris *dien.*
 vero diebus non possunt impedite, vt patet ex declaratione relata infra in ver-
 bo confessio, & aderat antea Constitutio Pij. V. incip. Et si mendicantium. fol.
 982. in Bul.

ADDITIO. De diuersis finibus ad quos Campana pulsetur eorumque signifi-
 catu vide per Guliel. Durand in ration. diuin. lib. 1. c. 4. Abb. in c. 1. nu. 2. de off. cu-
 stod. Bonif. de Vital. in cle. grauis. nu. 13. & 14. de sent. excom. & quando vniuersi-
 tas vocari possit per sonum campanæ per eundem Abb. in cap. in causis. de elect. Et

K 3 quare